Confessio ad hoc vt p̄iudicet alicui requiritur q. non sit cōtra naturam vt si cōfiteor me interfecisse hominem qui viuit. ff. ad. l. aquil. inde nerari⁹. §. vlti. dummodo probem illuz vt uere. Similiter si confiteor aliquē esse filium meū qui est maioris etatis quā ego. vel si quis confiteatur factum nō mine alicuius cuius actio cum alio esse nō potest. ff. de interrog. acc. l. si is cuius r. l. confessionibus. ¶ Item confessio contra ius facta non nocet. ff. de pactis iur. gen. §. r. si stipulatio. r. §. p̄cedēti et extra de pac. p̄actiones et de cōdi. appo. si conditiones. ¶ Itē ad hoc vt p̄iudicet confessio debet esse de re litig. §. de interrog. acc. confessioni. ¶ Itē nulle sunt partes iudicis in confessione et hoc verum est in cognoscēdo sed non est verū in sententiādo et in mandando quia debet ferre sententiā ex illa confessione. ff. ad. l. aquil. p̄oim. et extra de transac. p̄terea. Sed tamē cōfessio cōtra se in causa liberali non no

ret propter fauorem libertatis. C. de li
be. causa interrogatus de predictis ha
bes extra de confes. c. vlti. nota. q. rescri.

Confessio de alieno facto nul
la est.

Quoniam confessio alicuius de alieno facto
nulla est extra de testa. veniens et
despon. preterea. n. de hoc in glo. qd si.
2. in. q. in. §. Item in criminali. Item
confessus de se super crimine alteri non
debet audiri exceptis simonia heresi et
crimine lese maiestatis extra de testi.
veniens: et de confes. c. vbi de hoc in
glo. nulli ergo. valet tamen quandoque hu
ius confessio de alijs quantum ad presum
ptionem. licet non quantum ad veras
probationes nisi si adsunt alie presum
ptiones valet etiam ad probationem quo
niam auditur confessio omnis latronis
contra alium. C. de fef. l. pronunciaris
et ar. extra de confes. c. ij. vbi de his in
glo. nulli ergo. Item confessus in iu
re sponte non metu probationis non
ita punitur sicut si esset convictus ex
tra de symonia. de hoc autem vbi de hoc
Sed si non sponte sed metu probatio
num quis sit iniure confessus p. conui
cto debet haberi extra de confes. c. vlti.
vbi de hoc et c. cum sup. Item con
fessio facta quandoque pro vera confessio
ne habetur extra de dolo. et conu. put
Interrogatio enim intelligitur quae
aliquando confiteri. c. xij. q. ij. q. ait. et ff
de ver. sign. l. i. §. si quis.

Quod prime confessioni sit
standum.

Quoniam confessio prime standus est po
rius quam secunde extra de presump.
litteras. vbi de hoc in glo. hoc est nota
bile. Item confiteatur quis. aliquid
tribus modis. s. ore. p. q. vj. c. h. Item
rei euidencia extra de accu. c. iudicia et
de cobabi. deri. et mul. c. vlti. vbi de hoc.
Item contumacia extra de presump.

prione nullus vbi de hoc. Item con
fessus vgeri debet ut certum quid con
fiteatur quia si quis interrogatus a iu
dice nichil respondeat. vel obscure re
spondeat ita ut incertum dimittat in
terrogationem perinde habetur ac si con
fessus fuisset contra se quod aduersa
rius asserbat: et ideo illud accipitur
quod magis expedit aduersario suo. ff. de
confes. l. certum. et ff. de interro. ac. l. de
estate. §. sicut. et §. qui tacuit. et §. nichil
interest et ar. extra despon. ex litteris. j.
vbi de hoc in glo. huius ambiguitas.
Item confessio sine consensu per vim me
tu vel doli extorta non valet extra de
puni. cum olim vbi de hoc. Item con
fessio prelati ecclesie preiudicare non de
bet ar. xv. q. ij. postea. xvj. q. vj. si epm

De reuocatione confessionis.

Quoniam confessio facta per errorem facti
reuoari potest si probeatur nego
cio nondum finito et usque ad sententiam. C.
de iur. et facti igno. l. h. et l. error. et l. cu.
quis. Item confessio procuratoris
tunc nocet domino cum fiat in iure ut
extra de postul. ad hoc de sententia et
re. iudi. sub ora. potest etiam usque ad sen
tentiam reuocari dummodo errauerit
confitendo et error probeatur. C. de iur.
et facti igno. l. error. et l. cu. quis. et extra
de confes. c. vlti. vbi de hoc in glo. fa
cti error et sic patet quod confessio syndici
seu procuratoris et confessio aduocari
reuoari potest in continentia maxime
vel eadem die quia non videoz eam ra
tam habere postquam reuoco ipsam
eadeam die et tunc sufficit reuocatio
simplex. Item confessio enim aduocari
sicut propria preiudicat nisi fuerit re
uocata. Sed si reuocetur non no
cet extra de appellacione cum causam
que et argumen. de censibus. cum olim
vbi de hoc in glo. et sic per permittitur

Summa monaldi.

reuoari cōfessio per errorem facta ante sententiā si error vt supra dictum est p̄bet. C. de iur. et facti igno. error facti extra de cōfessis. c. vlti.

De confessione sacramentali.

Confiteri sacramentaliter tenetur quilibet adultus p̄prio sacerdoti semel in anno ad minus et in pascha recipere corpus xpi alioquin nisi fiet de licētia p̄p̄rii sacerdotis grauius debet puniri extra de pe. et re. omnis vtriusq; veritatem p̄p̄rius sacerdos intelligit scdm̄ quosdā in hoc casu quicq; habet ordinariam curā anime cōfiteri sicut est papa et eius legatus et proprius epi scop. et parrochialis sacerdos. Sed tamen nisi subsit rationabilis causa p̄pter q̄ noli confiteri parrochiali sacerdoti. debet ei cōfiteri vel alii de generali eius licētia vel speciali. **C**Si vero ratioabilis cā subest cōfiteatur superiori et absolutus a superiore fidem faciat de huius absolutione per litteras p̄prio sacerdoti qui abs simplici verbo taliter consentiens credere non tenetur respondere. Item potest quis in casu dracono confiteri extra de furt. fures vbi de hoc require de confessione i tractatu de penitentia.

De confirmatione.

Andendum est de confirmatione quid sit. De effectu confirmationis. Et qd confirmatio non valet vbi originale cassatur.

Quid sit cōfirmatio et qualiter fiat.

Confirmatio est iuris prius habiti corroborati. et de fide instrum. inter dilectos. **I**tem sit confirmatio pluribus modis. s. temporis transcursum vt si a sententia non fuerit. s. decendū appellatum qz tunc lapsu temporis rata manet et firma. vt Sof. dicit in summa sua in. ri. de sentent. et reu. Item cōfirmatur aliquid in ramento vt si nō

rem alienet et iuret non contrahere. C. si aduersus rationem vel sacramenta pubertorum. Similiter cuius mulieres alienationi rerum dotalium et propter nuptias donatarum consentiunt et ne contrahant firmant proprio ramento. extra de iureiuran. cum contingat. **S**imiliter cum debitor promittit dare vsuras et hoc iuramento confirmat. quia tunc etiam excipere nō potest extra de iureiuran. c. debitorum. Item cōfirmat aliquid pluribus alijs modis vt dicit Sof. in summa sua.

De effectu confirmationis.

Qsi fiat per dominū papaz ex certa scientia est qd facit firmum id qd abs esset infirmum auctoritas enim principis non solenne facit solenne quia supplet defectū solennitatis omisse. a. q. i. in p̄mis et extra de transac. c. i. vbi de hoc glo. nota qd de concess. preben. quia vbi de hoc in glo. nota qd. et de pac. c. qm̄. non debet postea cognosci si licite vel illicite factū sit seu confirmatum per papam extra de confir. vtili vel inutili. c. n. **I**tem auctoritas principis non solū non solenne facit solenne. vt. C. de testamentis. d. olim. Sed etiam facit ex nudo pacto dari actionem vt. ff. de pactis. l. vltima. **I**tem dat vires plenissimas rei confirmare etiam si forte aliquid in curia vel impina nimis insertū est extra de transac. c. i. **I**tem post confirmationem domini pape nullus inde cognoscere debet de causa illa sine speciali mandato domini pape dūmodo tempore confirmatiōis res illa pacifice possidebat extra de cōfirma. vtili. vel inutili. c. i. vbi de hoc in glo. qd dicit hic. Sed quo ad titulum possidendi confirmatio nihil addit. quia nū confirmatur nisi qd a principio firmū fuit extra de fide instrum. inter dilectos. vnde in confirmatione consuevit poni talis veterum

natio secundum formam communem sicut iuste et pacifice possidebas et in sententia confirmandis ponitur sicut patet unde lata est extra de eod. titu. examinata et talis confirmatio sub forma communi facta nihil nouiuris tribuit sed solum vetus conseruat extra de confir. vtili vel inutili cum dilecte et. capit. j. vbi de hoc in glo. nota quod et fere per totum et de confes. preben. quia diuersitatem vbi de hoc in glo. per confirmationem et de priuile. quia intentio.

Item per confirmationem sub forma communi facta iuri communi non derogatur extra de of. or. licet et de fi. de instru. inter dilectos. Item si confirmationi domini pape obiciatur suggestio falsi poterit de ea cognosci et iudicari confirmatione penitus non obstanter extra de confir. vtili vel in vtili. de confirmationibus.

Quod confirmatio non valet nisi originale cassatur.

Confirmatio vel innouatio irritatur si originale vel principale cassetur extra de fide instru. inter dilectos in fi. et de sen. et re iudi. in communiter §. quauis vbi de hoc in glo. quia donatio. Item confirmatio electionis nihil iuris dat vbi electio canonica non precessit extra de causa pos. et proprie cum super vbi de hoc et de elec. cum inter et cum dilecti et cum postquam. Item postulationes non confirmantur sed denudantur extra de postula. c. bone. memo.

Item res litigiosa confirmari non potest extra de confir. vtili vel inutili. c. j. Item confirmatio et examinatio electi in imperatore prinet ad phis papam extra de elec. c. venerabile.

Quid est collusio.

Collusio est inter actorem et reum laesus et fraudulenta conuentio col-

ludium esse impuniter remanere non debet. h. q. in. si quem et extra de collu. audimus vbi de hoc in glo. collusio est. Tres collusio fit in criminali causa plurimum quando. l. accusator veras criminum probationes abscondit seu dissimulat falsas vero excusationes admittit et propter hoc debet puniri vt. h. q. in. §. preuaricator vbi sciendum est et §. preuaricatorez vel quando ab accusatione desistit et propter hoc efficitur infamis. ff. de preuarica. l. preuaricationis. Item in causa civili quamcumque et quodcumque etiam sine iudicio a auctoritate licet a causa desistere preterquam in actione famosa in qua sine auctoritate iudicis transigi non potest. ff. de his qui no. sca. l. furti. §. pacti. Item in causa criminali ante inchoatam accusationem pergram licet desistere. ff. ad turpillia. l. mulier. et l. questum post inchoatam non licet absque iudicis auctoritate et rei consensu si tormenta vel vincula reus sit passus. C. de abol. l. e. h. vel propter accusationem infamatus ar. v. q. j. qui dam et si desistit incidit in turpilliam si publicum crimem fuerit quod intendit. C. ad turpilliam. l. h. Si vero priuatum extra ordinem punitur. ff. e. t. l. si quis repetere. Item in causa spiritali licet quamdoque per gratias desistere sed qui sine iusta causa discedit punitur. h. q. vii. quapropter et extra de symo. nem obdicitis graui causa criminali vel spiali aliter quis desistit quam debeat sine iudicis auctoritate inquirere debet de officio ex officio suo et de off. vtili vel inutili. c. j. et. h. et C. de abol. l. e. h. et l. fallaciter. Item inquisitor aliqui cum eo de quo inquit colludit extra de collu. c. in tantum damoz. unde si inquisitor absoluit eum de quo inquit per collusionem iterum potest inquiri extra de collu. ca. j. nec. h. et tenet sententia per collu. et ff. de collu. cum iniusto z. l. collusiones

et. l. sententia.

¶ De pena colludentis.

Colluderis pena super beneficio suo est. quod si post citationem et litem motam conueniat cum suo aduersario super beneficio fraudulenter debet beneficio huiusmodi spoliari extra de collu. c. j. et. c. audiuimus.

¶ Tres is qui colludit perdit ius quod habuit in personam illius de cuius statu agebatur et applicatur illi qui collusione detexit. ff. de collu. l. j. et. C. e. titu. l. xl. et in alijs civilibus causis punitur colludens ad arbitrii iudicis que delusit

¶ De commissione.

Commissio alicui facta in genere cum aliquo dispensandi medio citatem respicit ut si committatur alicui ut possit filium sacerdotis in clericum ordinare non poterit per talem commissorem dispensare cum eo ordinando nisi ad acolitatus. extra de filijs presbyterorum litteras ubi de hoc. et. ff. de au. ar. leg. l. qui. lancem.

¶ De commodato.

¶ De commodato videndum est quid sit commodatum et unde dicatur In quibus rebus consistit commodatum. Quis potest commodare et cui. De natura commodati. Quando quis tenet et natura commodati. Qualiter reddi debeat commodatum.

¶ Quid sit commodatum et unde dicatur.

Commodatum est alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuita facta concessio et non translatio quia qui commodat retinet dominium et possessionem. extra. c. tit. c. vno ubi de hoc in glo. est asit. ff. de commodato. l. rei commodate. Dicitur autem rei commodatum. q. commodo utentis datum si tam interueniat merces et non gratuito fiat. tunc res transit in locationem vel contractum in noia.

tunc ut do ut facias insti. mandati. §. ult.

¶ In quibus rebus consistit commodatum.

¶ Commodatum consistit in rebus mobilibus et se mouentibus et in mobilibus similiter et inco. poralibus puta in seruitute habitandi. ff. de commodato. l. i. cap. o. que vsu consumuntur ut pecunia commodari non possunt nisi ad pompam vel ad ostentationes ut quis ditior videat. ff. de como. l. si. mihi §. ult. Sepe etiam ad hoc commodat pecuniatur dat gratia numerationis loco intercedat. ff. eos. ri. l. nisi de his extra habes eo. ri. de vno. in glo. est autem

¶ Quis potest commodare et cui.

¶ Commodare potest et ei commodari qui potest contrahere vbi non solum prelati potest commodare vel ei commodari sed etiam yconomus que et is contrahere potest. x. q. ij. in anten. hoc ius porrectum. ¶ Item possumus commodare que nostra sunt. et etiam res alienas quas possidemus vbi si fur. vel predo. commodauerit res existentes alienas. habent commodati actione. ff. de como. dato. commodare. z. l. ita ut si fur.

¶ De natura commodati.

¶ Commodati nata est ut res ipsa restitueretur et hoc est de iure naturali. l. di. ius naturale. Item restitutio rei depositae vel commodate non potest preterit alicuius debiti retineri. C. de como. l. vlti. ¶ Item commodatum ad certum usum conceditur et si ad alium usum fuerit eo vsus teneberis. ff. co. ti. sine certo. §. interdum. ¶ Item si pupillus commodum non est obligatus sed alius potest ei obligari. ff. de acti. empti. z ven. l. iul. §. ante penult.

¶ Quis tenetur et contracti como. ¶ Commodati accipit quicquid gratia doli in act. ff. de como. l. sine certo. §. in. z. l. sine ca. ¶ Item como. quis accipit gratia tunc et tunc tenet accipiens de dolo et lata

leut & leuissima quia exactam diligentiam qualem in suis rebus propriis adhibere debuit iure commodata & quāddam maiorem. ff. de com. l. in rebus & ff. de actio. & ob. l. j. §. is enim. ¶ Item si gratia vtriusque accipitur tunc p̄stat dolum et laram culpam. ff. e. r. l. in rebus. respon. ad finem & l. sine certo. casus vero fortuiti non veniunt in commodato quia preiudici non possunt. C. e. r. l. j. §. ff. eo. in rebus nisi culpa parca & mora aliud inducant. ff. de actio. & ob. isem̄ in fi. & extra de commo. c. j. vbi de h̄is in glo. b. est autem comoda tū & in alia glo. cum est gratia sui.

Qualiter reddi debeat comodatuz.
Commodatā rem si remisisti mihi non per ydoneam personam culpa potest imputari tibi. ff. eo. q. nō tam ydonee. Secus tamen si per ydoneam personam remisisti licet contrariam eueniret. ff. eo. r. argentum & c. de pigno. significante vbi de hoc i. glo. non. ¶ Item ex pacto prestant fortuiti casus. C. commo. l. j. & extra de pmo. c. j. vbi de h̄is in glo. ¶ Cum enim gratia sui. ita tamē q̄ casus fortunī specialit̄ numerent. ff. si quis casus. sed & ff. §. q̄ stum. ¶ Item mora impuratur. vt si moram fecerit in restituendo extra de deposito. s. bona fides & intelligēdū est etiam si apud commodantē res fuisset eodem modo peritura. ff. de l. j. l. cum res. §. vlti. ¶ Item commodatum restitui debet in pristina causam. ff. eo. si mihi. §. j. alias quāti interest eius condempnetur vt ibi dicitur. ¶ Item qui comodat vasa luto savel vitiosa tenetur contraria actione p̄ vino effuso si tamen ignorans excusatur. ff. e. in reb. §. possunt. & §. atez quid sciens & l. placz de hoc habes extra de com. capi. j. in glo. ff. eo. ¶ Item tunc intelligitur res ecclesie commodata esse quia inferitur in thesaurum ecclesie sicut eo ipso qd̄

res misse sint in naues tenet nauta de h̄is q. debet habere custodiā omniuz que sunt inuentaz illata. ff. nau. cau. l. qui refert. §. recipit & etiam ignorans teneri videtur. C. de h̄is qui latrones l. j. tñ nisi deposito rei facta sit in p̄sentia p̄lati ecclesie nō curat. de h̄is habes extra de deposito. c. j. in glo. b. et infra. ¶ Itē comodata res reddita nō videt̄ si deterior reddatur. ff. com. sed mihi §. j. de hoc habes extra de pigno. tamē contra in glo. b. tenetur.

Quod p̄mutari p̄t spūale cū spūali.
Commutari potest spirituale cum spirituali vt vna ecclesia cum alia sicut temporalis cum temporali extra de transac. sup. co. & hoc fiat auctoritate superioris ita tñ q̄ contractus rerū spiritualiū cū contractu rerū temporalium minime misceantur. extra de reruz p̄mutatione ad questiones vbi de hoc in glo. duo effi. Sed temporale cum spirituali p̄mutari nō p̄t extra co. r. c. vlti.

¶ Item ex sola s̄uentione p̄mutationis re nulla hinc inde secuta n̄cūtri p̄ri aliqua p̄petit actio. C. de rerū p̄mut. l. ex placito vt in l. p̄dicta. ¶ Itē comutari possunt beneficia superioris auctoritate indempnitare. vtriusque seruata. r. q. h. hoc ius porrectū. ¶ Itē p̄mutationes facte in dāpnū ecclesie reuocari possunt a successore extra de re. p̄mut. c. h. in glo. l. in damnū nisi princeps res ecclesie imobiles accipere voluerit d̄is tñ tantūde ecclesie restituar de suo c. de re. p̄mu. c. j. ¶ Itē comutari possunt quecūq̄ possūt vēdi & quedā etiā p̄mutant q̄ nō vendunt vt ecclesie extra de re. p̄mu. ad q̄stidēs & r. j. q. vlt. nemi nī. p̄mutatio enim in spiritualibus nō ex pacto partium nititur. sed totū q̄ geritur auctoritate & arbitrio superioris cōfert & p̄pterea officium aboletur. ff. de h̄is qui no. iura. leg. furti. §. qui ius sum & extra de p̄ben. nisi et de pactis

am pridem.

De conditione quot modis dicitur
Quod dicitur tribus modis,
 Primo ratione status persone
 ut cum quis dicitur libere vel seruilis
 conditionis extra de seruis non ordi.
 cap. vlti. z. xxx. q. iiii. liberti. **S**ecun-
 do dicitur conditio esse iure que-
 dam enim res dicuntur esse libere vel
 seruilis conditionis eodē respectu cum
 primo. ff. de seruitu. z. C. e. r. **T**ertio
 modo dicitur conditio promissionis p
 conditionis euentum namq̄ donatio-
 nes et promissiones recipiunt modus
 et conditionem ut do tibi decē. si faci-
 as mihi hoc Unde versus, Sāto quod
 ut modus est, si cōditio quia causa. De
 tali conditione require in tractatu do-
 nationis sub conditione.

De speciebus conditionis

Conditionis species sunt plures,
 s̄ nam alia est personalis alia im-
 possibilis alia positiva alia cau-
 salis, alia honesta: alia inhonesta: alia
 voluntaria: alia necessaria. **T**ertē con-
 ditio honesta z voluntaria in matrimo-
 nio z sponsalibus potest apponi et nō
 apponi ut contrabam tecum, si dede-
 ris mihi. c. que si apponatur suspēdit
 sponsalia q̄ diu non fuerit adimpleta
 nisi carnalis copula interueniat vel cō-
 sensus etiam de presenti quia tunc cō-
 ditio cessat omnino extra de condi. ca.
 de ill. sof. **I**tem conditio quedam
 est contractum constituitur verbi gra-
 tia, do tibi hoc si feceris v̄ dederis hoc
 ge enim dante vel faciente constituitur
 donatio. ff. de condi. et de in oc. le. qui
 bredi. §. vlti. **I**tem est conditio p̄-
 ens contractum verbi gratia dono t̄
 bi vel lego fundū si me manumiseris
 et tunc si non manumiseris vtrumq̄
 adimitur. ff. de condi. z de modo. l. sub
 hac cōditione. **T**ertē conditio apposi-
 ta contra substantiā matrimonij vt cō-

trabam tecum si ḡnationē prolis ent-
 res vsimilia p̄mirat matrimonij Isra-
 q̄ non tenet sed conditiones turpes,
 vt contrabam tecū si furtum feceris,
 vel impossibiles vt contrabam tecum
 si celum digito tetigeris, nō vitiat ma-
 trimonij imo pro nō adiectis habent
 extra de condi. c. vlt. vbi de hīs in glo.
 quod dicitur **T**ertē conditio apposita
 p̄tra substantiā monacharū verbi gra-
 tia p̄sitorū talem regulas ita vt possit
 p̄prium retinere videtur q̄ non vitiat
 monachatu extra qui deri. vel vouen.
 insinuante quidam t̄si dicit q̄ in p̄-
 dicta cōditio apposita nō tenet mo-
 nachatus ar. extra de condi. c. vlt. vbi
 de hoc in glo. q̄ dicit hic. **T**ertē secun-
 dum quosdam p̄ditio apposita contra
 naturam fr̄us non vitiat illum. x. q.
 j. c. h. **I**dem est inabiectione posita
 contra legem. x. q. j. si quis laycus.

Tertē si res vel possessio aliqua done-
 tur ecclesie sub hac p̄ditione si nō alie-
 z ampli. tūc ecclesia alienare adimet do-
 natio z reuocabit sc̄dm quosdā ar. ex-
 tra. eo. versū alij t̄si dicunt q̄ si res illa
 in casu p̄misso a iure alienet pura ob
 redemptionē captiuoz ecclesie repara-
 tionē et cymiterij ampliationē in hīs
 casibus cum sint exempti non reuocet
 talis donatio imo est p̄missa. xij. q. ii.
 aursi. alij vero dicit quod si ecclesia cui
 possessio taliter est donata ne alienet
 nec alienari nō p̄t ar. in aurt. de alie-
 nar. rii. §. sanctissimas coll. xj. Si autē
 nō habeat alias possessiōes tūc aliena-
 ri p̄t illa possessio p̄t sup̄iores casus
 nō obstare p̄ditione q̄ p̄dicti casus sūt
 excepti a iure z p̄ cōsequēs a conditioni-
 bus alia z pactis. Si t̄si in conditione
 hoc dicatur expresse ne liceat alienare
 etiam in casibus illis tunc conditio tā-
 quas turpis z inhonesta p̄ nō adiecta
 v̄ h̄i z donatio nihilomin⁹ t̄z nec re-

nocari potest si alienetur in casibus supradictis. extra. co. ritu. c. vlti. ¶ Item de donatione facta sub conditione et sub modo require in tractatu donatiois facte sub conditione. ¶ Item potior est possidentis conditio ubi est par turpitudinis causa. ff. de conditio. ob turpez causam. l. i. §. porro. ¶ Item conditio tacita non facit legatum conditionale. ff. de condit. et demonstra. l. conditiones.

¶ De compositione.

Compositio amicabile potest in decimis et aliis spiritualibus contractibus intervenire. extra de transactio. statuimus ubi de hoc in gl. hic est arg. et extra de decimis. c. ex multiplici et. c. nuper. et. c. dilecti. ¶ Item si compositio fiat inter clericum qui litteras impetrauit ad iudicem delegatum pro aliquo beneficio obtinendo et aduersarium suum in manu delegati eiusdem non debet a loci episcopo impediri. L. census tamē per tales compositionem datus nisi de consensu episcopi debet excedere vitam dantis. extra de transactio. c. de cetero et. xxv. di. perlectis. si vero huiusmodi compositio sit contraria iuri tollerari non debet extra de transactio. de cetero. et de elec. sacrosancta. Sed si est consona iuri tollerari debet. extra de transactio. statuimus. ¶ Item compositio dānosa ecclesie per restitutionem in integrum saltem reuocari debet extra de restitutione. in integrum. c. requisit ubi de hoc in gl.

¶ De compulsionē.

Compelli debet secularis potestas ne impediatur iusticiam et pauperibus et miserabilibus personis extra de off. dele. c. i. et. xviii. di. quoniam et. r. q. in. pauper. ¶ Item compelli non debet ecc. recipere aliquem clericum qui ea dimissa monasterium intrauit. extra de renuncia. ex transmissa.

¶ De compendio et congregatione.

Compendium dicitur illud quod utile est et breue. Dispensatio vero quod inutile est et longum extra de rescriptis. dispensatio ubi de hoc innocē. Item congregationem facit duo soli quando mortuo prelato remanent in congregatione duo ad minus extra de elec. c. i. ubi de hoc in glo. nota quod. ¶ Item collegii faciunt tres. ff. de ver. sig. l. i. iura. Si tamen ius collegii retinetur quandoque in vno. ff. quod cuiuslibet universi. nomine. l. sicut. §. vlti.

¶ De consecratione.

De consecratione episcoporum nota de quo et qualiter debeat ecclesia quando potest ecclesia consecrari. in quibus casibus ecclesia valeat consecrari.

¶ De consecratione episcoporum.

Consecrari debet archiepiscopus ab omnibus suffraganeis suis qui tunc temporis ad metropolititanam ecclesiam sunt vocati extra de tempore. or. c. si archiepiscopus et. lxxviii. dist. qui per ambitiones. ¶ Item episcopus sine presentia vel iussu archiepiscopi sui consecrari non debet vocandi etiam tunc sunt ab archiepiscopo et monendi alii suffraganei ut veniant in consecrationem episcopi consecrandi si venire non possunt huius redigi debet in scriptis episcoporum consensus extra de tempore. or. c. si archiepiscopus et. c. nec episcopus et. lxxviii. di. c. i. et. c. consuetas si vero suffraganei discordarent tunc sententia obri neat plurimorum. lxxv. di. c. i. §. h. et. in. ¶ Item consecrari non potest episcopus a paucioribus quam a tribus quod de sub. consecratione nis est quod a tribus ad minus episcopus consecratur. lxxv. dist. porro.

¶ De quo et qualiter debeat ecclesia consecrari.

Consecranda est ecclesia vel altare per episcopum et co. di. i. c. quia per simplices sacerdotes nec consecrationes nec ecclesiarum reconciliatio

Summa monaldi

nes fieri possunt etiā si ep̄s hoc eis cōmittat. extra de cōsecre. ec. aqua penitentiā tñ quib⁹ ab ep̄o iniuncta est penitentiā ⁊ ex cōdicato: n̄ reconciliario. bene potest simplici sacerdoti cōmitti. xxvj. q. vii. presbyteri ⁊ c. aurelius. ¶ Itē debent consecrari ecclesie cū missa de cō. di. j. officis basillicae missa. h. s̄m ber. est de substātia cōsecrationis hu. v̄cro dicit q̄ non q̄ si ep̄s consecret ⁊ psbyter cāret missam ecclesia cōsecrata est sc̄dm hu. licet aliud sit in ordinatione clerici. cō. di. i. dist. quozundam.

¶ Quādo p̄t ecclesia consecrari.

Quonsecrationes fieri possunt. tam diebus sollennibus quam priuaris extra de cōsecre. eccle. tua licet i. pluribus consecrationib⁹ secus fiat q̄ nec clerici ordinantur aut virgiles aut ep̄i consecrantur. nec crisma conficitur nisi certis diebus extra de tempoz. ordi. sane. xx. q. j. de uozis ⁊ de conse. di. i. iij. omni tempore. ¶ Itē ep̄iscopus non debet ecclesiā cōsecrare nec etiā primarium lapidem ponere nisi prius a fundatore dote constituta et assignata de conse. di. j. nemo debet em̄ esse dos tanta q̄ sufficiat ad luminaria ⁊ ad vitam ministroz duozū ad minus de cōse. di. j. nemo ⁊. xv. q. vii. pie mentis et de fil. presbyterozum. c. p̄posuit.

¶ In quib⁹ causis valeat ecclia cōsecrari.

Quonsecrari debz ecclesia in sex casibus secundum quosdam primus est cum dubitatur an sit consecrata de conse. di. j. ecclesie. Secundus cum mouetur altare maius. Tertius cum ecclesia sit combusta. Quartus cum pietes sunt de nouo funditus reparati. Quintus propter adulteriū. Sextus propter homicidiū de con. dist. j. si morum ⁊ c. sequēti. ⁊ c. fabrica. vñ s̄sus. altaris motus dubitatio semē ⁊ ignis. Effusus sanguis p̄ies si corruat ipe hec sunt q̄ faciūt iterato tēpla sacrari. Itē q̄ d̄: ec-

clesiā reconsecrari d̄se p̄p̄t homicidiū intelligas q̄n̄ homicidiū sit sanguis effusione facta p̄ p̄tione q̄ tñ intelligo de enormi sanguis effusio de nōde modica vel de leui vt si forte dum contendit cū aliquo in ecclesia in eum facto impetu offendat in naves eius vel cum vñgue aliquantulum exoriat eum et inde aliquantulum sanguis effluat maxime si ille qui hoc facit nō habz propositū effundendi sanguinē q̄ si a lapide vel ligno cadente de ecclesia aliquis occidatur aut si aliquis furiosus se ibi precipitauerit aut icu proprio occisus fuerit dicendū ⁊ q̄ hoc notasse de con. di. j. ecclesiastus q̄ in h̄s casibus non sit reconcilianda ecclesia ex quo p̄ contentionem nō sit sanguis effusus tamē loquitur ibi de conse. nōde recon. nisi nōmine consecrationis intelligas reconciliationem. Dicit etiam ibi q̄ si in ecclesia vulneret aliquis letaliter ⁊ postea moriatur in domo sua ibi dicit mortuus vbi causam mortis accepit cōtrarium intelligere in contrario casu vnde si aliquis extra ecclesiam suam vulneretur letaliter ⁊ fugiens ad ecclesiam ibi moriatur non reputabitur violata homicidio sicut si aliquis letaliter vulneretur feruum licet tempore mortis factus sit liber nō punietur occiso: tñ q̄ delibero occiso. Sed tanq̄ de seruo Quid si in ecclesia martyr occidatur sicut factum est de beato thoma cantuariensi respondeo dicit quidam q̄ nō propter h̄ reconcilianda ecclesia q̄ hui⁹ sanguis effusio ecclesiam non polluit. sed consecrauit p̄ adulterio d̄z similiter ecclesia reconciliari similiter propter fornicationem ibi cōmissam de con. di. j. ecclesie nec illud extra de conse. ec. vel altaris. c. vlti. dist. dist. gunt de pollutioe seminis vtrum sit facta fornicatio vel adulterando propter pollutionem in fornicatione factam non oportet ecclesiam re-

conclari. Si autem vir reddat ibi de-
bitum vroz sue vel econuerso aut cau-
sa prol. ibi colerint videtur hu. consen-
tire qd non sit reconcilianda ecclesia s;
tamen vt dictum est loquitur ibi de cō-
secratione. Quidam tamen dicit qd in
hoc casu indiget reconciliari one et
etiam propter sodomiticum viciuz ibi
perpetratum non tamen dicendus est
huiusmodi recōciliationem esse necessa-
riam propter occultam fornicationes
aut adulterium. Sed tantum propter
manifestum vel quando publica fama
est de hoc et vterq; delinquentium vel
alter eorum publice de crimine confes-
teatur et sic intelligitur extra de adul-
te. significasti difficile enim videtur et
absurdū qd propter occultas hmoi pol-
lutiones de quibus nullum est scanda-
lum aut fama si fiat solennis reconci-
liatio ecclesie consecrate per episcopū
cum quotidie oporteret sepius opo-
surrere ad recōciliandos hmoi facien-
das cum eas demādere non possit sim-
plicibus sacerdotibus. ¶ Item si alta-
re motum fuerit aut lapis ille solūmo-
do suppositus qui sigilluz continet cō-
fractus fuerit aut diminutus debet om-
nino consecrari ecclesia nō propter h
non consuevit reconciliari licet id qui-
des canones inuere videātur de conse-
di. i. si motum extra eo. ti. q. in dubijs.
¶ Item alia est hodie consecratio ec-
clesie et alia altaris. vnde si tabula alta-
ris moueatur vel enozmiser frāgatur
scu diminuaturs reconsecratur non ec-
clesia. Sed altare et si ecclesia destrua-
tur. nō altare ecclesia consecrat et non
altare extra de conse. c. j. ¶ Item qd di-
ctum est supra ecclesiam dirutam. vel
exustam iterum consecrandā intelligen-
dum est quādo parietes penitus sunt
destructi vel destructati vel maior pars
ipsorum aliter secus ar. ff. de contrabē.
emp. domuz similiter hoc intelligebat

hu. cum parietes simul destructi sunt
non successiue. Nam si successiue destruc-
ti sunt et reparati eadez ecclesia intel-
ligitur esse et per cōsequens nō est recō-
secranda secundum eum ar. ff. de leg.
l. q. in rerum natura et ff. de iudi. l. pro-
ponebatur. ¶ Item licet tectum vel
alia pars comburatur dum parietes
integri maneant nō debet ecclesia ite-
rum consecrari. ¶ Item propter adul-
terium vel homicidium non recōscre-
tur ecclesia. Sed recōciliatur extra de
conse. ecclesie proposuisti reconciliari
autem fieri debet per aquam cum vi-
no et cinere benedicam extra e. t. ppo-
suisisti extra de cōse. ec. r. c. ligneus et de
adulte. significasti de conse. di. j. ecclesis
¶ Item interygenes nō potest consecra-
ri aliqua que est etiaz inuite corrupta.
xxx. q. v. si paulus.

De conseruationibus.

Conseruatores a manifestis iniu-
riis violētis defendere possunt.
Sed nō de illis que erigunt in daginē
iudicalem et si dubitet an iniuriā vio-
lentia sic manifesta qz pars altera hoc
negat tūc ipsi conseruatores de hoc co-
gnoscere debent alias enim eoz officii
cū eēt inutile qd quilibz hoc negaret et
si per se defendere nō possūt illos quo-
rū conseruatores existunt inuocare et
etiam cogere p excommunicationē pos-
sunt ad hoc brachium seculare et ab eis
sicut nec amero executor nisi modus
excedat appellari potest extra de of. l.
statuimus vbi de hoc in glo. de talibus
innocen. vnde ap. cum sit romana et ca.
pucnit. ¶ De consuetudine.

Adendum est de consuetudine qd
sit et vnde dicatur. ¶ A quo et ex
quot actibus inducitur. Que consuetu-
do dat iurisdictionem et de consuetudi-
ne gñali et spāli.

Quid sit consuetudo vbi dicat.
Consuetudo ē ius qdā moribz. i. ass.

dius actibus hominum institutum q̄ pro lege suscipit cum deficit lex. vt l. di. consuetudo. Item cum consuetudo in scriptis redacta est. Consuetudo vel lex vocatur que autem non est in scriptis redacta retinet suum nomē. l. di. §. cuz ergo. ¶ Item dicitur consuetudo q̄ in communi vsu est. vt. j. dist. consuetudo.

¶ A quo et ex quot actibus inducatur Consuetudo inducitur cum populus incipit obseruare aliquid ea mente vt de cetero sit consuetudo alias non alij dicunt cum expresse placet populo. quod obseruari pro consuetudine in futurum alias vero nō eo ipso quod aliquid sit ius consuetudinarium inducitur. ar. ff. de itinere actū priuā. l. vlti. ¶ Item inducitur consuetudinem binus actus vt. xxy. q. ij. ita nos et C. de episc. aud. l. nam in fi. sicut binus actus vel trinus inducit possessionem vel quasi. extra de causa pos. et propri. c. vlti. et. c. cum ecclesia futrina. et. C. de fi. deicom. l. j. licet vnico actu. acquiratur vel perdatur possessio vel quasi. C. de ser. tu. et aqua. l. cum talis et extra de cons. tit. cum. 23. ¶ Item consuetudo sic inducta vt superius dictum est tollit ius vbi viget dummodo sit rationalis. ff. de legi. et sena. consul. de quibus et talis consuetudo legem interrumpit extra de consue. leg. cum dilectus. et. ff. e. l. si de interpretatione. ¶ Item consuetudo que iuri communi preiudicat debet esse rationalis et prescripta et hoc dicitur de illa quam approbant vel nō approbant iura extra de consue. c. vlt. vbi de hoc in glo. et quam et. cuz ecclesia et de causa pos. cum ecclesia. ¶ Item oportet q̄ ex certa scientia et non per errorem sit inducta. ff. de leg. se. con. l. qd non rōne. ¶ Similiter q̄ sciente illo q̄ potest ius conde. ff. de leg. et sen. l. de qui b. Similiter q̄ sit tale ius q̄ possit prescribi. Nam quedā sunt que a laicis nō

possunt prescribi. extra de rescript. cum non licet vbi de hoc et. ca. causam que. et c. cum ex officio. Similiter q̄ non sit contra ius naturale. xxxij. q. vii. flagitia vel saltem q̄ sit obrepta in contradictorio iudicio. ff. de delega. l. cum consuetu. et extra de verbo. sign. cum abbatem. ¶ Si militer q̄ sit vsus consuetu. illa eo animo q̄ intendas et credas te ius habere et etiam vt iposterum id facias. ff. de itinere actū priuā. l. j. §. iuli. recte agit. et. l. vlti. alias non prodest quia sole vices consuetudinem non inducunt nō enim exemplis sed legibus iudicandus est. C. de sen. et interlo. in. l. nō. ¶ Item requirit q̄ maior pars capituli vel populi vsa sit consuetudine illa secundum quam iudicari oportet. quia sicut minor pars populi non possit iducere legem ita nec consuetudines. De hoc habes extra de constit. c. vlti. in gl. ho. spatio. ¶ Tres consuetudo illa preiudicat iuri cuius non extat memoria. vj. q. vi. hoc quippe. et. ff. de aqua. quori. et est. hoc iure. §. ductus aque et sic videtur q̄ consuetudinem difficile sic probare sit extra de consue. c. j. vbi de hoc. ¶ Item si de consuetudine dubitet vna partus asserente forte consuetudinem. altera hoc negante et pronunciatū fuerit forte consuetudinem dicitur obtinere in contradictorio iudicio. extra de verbo. sig. c. abbatem vnde in contradictorio iudicio non dicitur consuetudo induci. Sed confirmari vt. ff. de leg. et se. con. l. cum de consuetudine quāuis in allegatione illius decretalis abbatē dicatur induci. ¶ Ceterum si non sit inducta consuetudo sed per quādam assuefactionem et obseruantiam hominum si non sit ad quadrangariam prescriptionem fecerim canones perducta non vincit ius et sic loquitur iura illa extra eo. r. cum consuetudinis. C. que sit longa consuetudo. l. consuetudinis nec parit ius q̄

tra de elec. cum mana. et de causa poss. et proprie. cum ecclesia. Sed si ad prescriptionem sit perducta et parit ius et vincit legem. extra co. titu. c. viti. sed si tanto tempore sit obseruata consuetudo vt non sit in memoria hominum quando inceperit vincit legem. vt. ff. de aqua plu. ar. l. j. in fi. ff. de aqua quoti. et est. l. hoc iure. §. ductus aque. Item illa q̄ romana seruat ecclesia et precipit ab alijs obseruari. xi. distin. nolite de conse. distin. j. basilicas et illa quam quis in preiudicium suum inducit. vt. ff. cōmunia predi. l. si venditor. §. si constat. Sed tunc magis valet ratione pacti q̄ ratione consuetudinis nec obstat. ff. de sepul. vio. la. l. iii. §. vitius. q̄ lex illa loquitur quando precedit consuetudo et sequitur lex fm quam cam az. et punctat q̄uis placen. aliter intelligeret ipsam et quod dicitur prescribi consuetudo intellige aut inducitur circa illd q̄ prescribibile est als secus. de prescrip. causam. et. c. cum non liceat. Item consuetudinis ratio nabilis transgressor puniri debet sicut transgressor leg. xi. distin. in hīs et arg. extra de consue. c. h. vbi de hoc.

Que consuetudo dat iurisdictionem. Consuetudo si est approbata pro lege seruetur et dat iurisdictionem vt derogari iuri scripto. extra de ar. dilectus vbi de hoc et de consue. ex litteris. Item consuetudo est optima legum interpres. extra de consuetu. cum dilectus. in fi. Item consuetudo loci rationalis seruanda est propter vitandum scandalū sicut fecit magister aug. xi. dist. illa in fi. Item consuetudo non valet que est p̄ ecclesie libertate vel p̄ canonica instituta. extra de consue. c. j. de arbi. cum satis et de re. iudi. cum causa. Item consuetudo nō valet contra obedientiam extra de con. cum venerabilis nec contra procuracionem q̄ ratione visitationis debet. extra de cō-

sue. cum ex officio. Similiter nec contra generale interdictū q̄m debeat obseruari. extra de consue. cum tanto vel inter. vbi de hīs in glos. b. nota. q̄ nec. Item consuetudo onerosa et q̄ multum ledit est radicitus ex tirpanda. extra de consue. c. j. vbi de hoc. z. i. p. di. mala. Item consuetudo attenditur in lectionibus quo ad quedam. extra de cleri. coniug. cum olim vbi de hoc et de causa pos. cū ecclesia. Item consuetudo metropolitane ecclesie seruanda est vbi consuetudines sunt diuerse vel que meli⁹ seruari possunt sine preiudicio aliorum. xx. di. de hīs. et. c. nouit et extra de cog. spiritali super eo. vbi de hoc in gl. arg. qd. Item quando de consuetudine dubitatur tunc vicinarum ecclesiarum consuetudo debet seruari extra de consue. cum olim vbi de hoc in glos. arg. q̄ et de cogna. spiritali. c. super eo. Item propter consuetudinem perdit quis quandoq̄ in absentia beneficii sine peccato secus est de iure cōmuni extra de consti. cum ois vbi de hoc et de cleri. non resi. c. penul. et vi. Item consuetudine q̄ consueuerit laici aliqd offerre in exequijs mortuoz et similibus debent ad obseruandam per episcopum dyoce. compelli extra de symor. ad apostolicam vbi de hoc. Item de differentia inter antiquam consuetudinem et prescriptionem nota. b. extra de consue. c. vlti. in glo. que incipit spacio.

De substantia generali et speciali. Consuetudo generalis est que generaliter obseruat specialis vero que incertis locis vigorem et obseruantiam habet. xi. di. sic sancta. z. c. nouit. et. xi. di. nolite. et. c. ecclesiastica. rum. et. c. palam. Item consuetudo posteriorum tollit priorum. Si in eodē municipio diuerse consuetudines diuersis temporibus oriuntur. nam si in diuersis locis secus extra de cogna. spiri-

tuali. ca. j. et. xij. di. sit. nec ei diuerse alioz
rum consuetudines debent alioz. con-
trario more subuerti. xij. distinc. idem.

¶ Item sicut iura iuribus ad conco-
diam reducantur. C. de inoffi. do. l. vna
sic consuetudo iuri vel privilegio cōtra-
ria reducat ad concordiam per inter-
pretationem extra de consu. cum dilec.

¶ De constitutione.

Que constitutio est vidēdū quid sit
constitutio et vnde dicatur. Quis
posset facere constitutionem de virtu-
te constitutionum. Qualiter debeat ef-
se constitutio et quando ligat.

¶ Quid est constitutio et vnde dicat.



onstitutio est ius scriptum

l. di. §. ē. itaq̄ sicut consue-

tudo ius non scriptum est.

Sed moribus videntur. ap-

probatur vt. l. di. consuetu-
do nam ex non scripto ius venit insti-
de iure naturali gē. r. c. iij. §. ex non scri-
pto. Item dicitur constitutio q̄si cōmu-
ne statutum nam papa cum fratribus
suis et ceteri prelati cum capitulis et ca-
nonicis suis constitutiones facere pos-
sunt. extra de sen. excom. inter alia et de
his que fi. a prela. fere per totum.

¶ Quis potest facere constitutionem.

Qonstitutiones facere possunt le-
gati extra de ver. signi. ex parte. j.
et de locato et conduc. ex rescripto et de

offi. leg. c. vlti. **¶** Item et capitulum cir-
ca ea que ad ipsum spectant constitui-
ones facere potest. extra de consti. cum

ad. fraternū similiter et q̄libet collegi-
um approbatum. extra de consti. ex lit-
teris. **¶** Item synodus prouincia. xvj.
distinc. q̄ dicatis. Similiter synodus epi-

scopalis. xvij. di. de concilns. et. c. decre-
tūmus. similiter princeps cum suis pro-
ceribus constitutionem facere potest.

C. de leg. et se. consul. l. humanum. Si-
militer prefectus pretorio. C. de offi. p̄-

sec. preto. l. i. noiam. Similiter hij qui

bus mandat imperator vt in prologo.
insti. §. cum hec deo propitio. Tres po-
pulus romanus hodie legem et consti-
tutionem condere potest vt patet per
descriptions cui legis instit. de iure na-
turali gen. et ci. §. lex est.

¶ De virtute constitutionum.

Qonstitutionum virtutes sunt. iij.
omnis enim constitutio aut pre-
cipit sicut canonica statuta obseruari.
extra de consti. ca. j. Similiter vt clerici
regulares propositum et honestum ha-
bitum deferentes continentur et castri-
viuant. extra de vita et bo. de. de bis q̄
et. c. vt clerici. aut prohibet vt clericos
secularibus negocijs non implicari. ex-
tra ne clerici vel monachi fere per totum
et idem in omnibus edictis prohibito-
ris aut permittit vt vir fortis premium
petat. an. dist. omnis lex. Similiter mi-
nora permittit committi vt maiorama-
la vitentur. xij. distinc. ij. aut punit sceler-
ra et delicta extra de peni. fere per totum
vnde verus. **¶** Quattuor ex verbis vir-
tutes collige legis. permittit punit im-
perat atq̄ vetat.

¶ Qualis debet esse constitutio
et quando ligat.

Qonstitutio statutum et lex debet
esse honesta et iusta pos. secundi-
naturam et secundum consuetudines
patrie loco temporibus conueniens ne-
cessariavtilis manifesta et non obscura
nullo privato cōmodo. Sed pro com-
muni cūm vtilitate cōscripra. iij. di.
sti. bec aut. **¶** Item omnes astringere
debet et nō ad preterita sed ad futura
debet extendi extra de consti. c. vlti. vbi
de bis in glos. lex. et. ca. n. **¶** Item con-
stitutio ligat omnes post duos menses
a tempore publicationis elapsos. extra
de postula. ad hoc vbi de hoc in glos. vt
expresse in aut. vt facere noue constituta
circa princi. colla. vj. nec est necessē vt fir-
gulozum auribus inculcetur nisi pro

barer se extra prouinciam tunc fuisse vel alias impeditum ar. extra qui in primo nuntium acc. possunt cum in tuaz. ira p. cō sequens ante publicationem constitutio neminem ligat. arg. extra de consil. c. i. vbi de hīs in glo. ar. neminem ligari. **C** Similiter ahi duos menses igno rantes non ligantur extra. co. titu. co gnoscentes. lxxii. distinctione propo sili in fine. Secus tamē si sciunt. **C** Ite derogatur priorī constitutioni per po steriorē extra de cognatione spiritua li. c. i. etiam si nulls in posteriori mēto habeatur licet secus sit in rescripto. ex tra de rescriptis ceterum. et. c. et parte. **C** Item qui constitutionem condit ip sam interpretari potest. extra de sentē. excommu. inter. et. C. de constitutio. l. vlti. et. C. de legi. l. i.

Quando de consilio quis teneatur. **O**bligatur. ff. de regulis iuris consi lii non fraudulentis. et argu. lxxvi. dist. tanta in fi. Item consulens alias nō fa cturo in casu i quo ipso facto cadit i sen tentiam excommunicationis ipse cons ultus in huiusmodi casu est consulens similiter excommunicatus argu. extra de sentent. excom. nuper vbi de hoc in glos. q. alit quia nemo debet consulere alicui cum alterius iactura. xxi. q. i. pri mum. et. xi. q. iii. si quis non obediit. et. ff. de conditio. inde. l. namq. hoc na tura consilium enim in alterius preciu dicitur mutari non potest. ff. de regul iuris. l. nemo temere. **C** Item pugna re potest quis a deo fortis cōsilio sicut cuz armis. ff. de nata. mu. l. h. §. qui. ita et. §. sequenti.

Quando consilium quis que rere teneatur.

Qonsilium teneatur quilibet que rere nisi cauetur quilibet a iure q. queratur. Sed tamē non teneatur il lud sequi quādoq. sed teneatur expecta

re donec respondeant consulentes alii non valeret q. fieret quia cum consilio fieri debz q. enim consilius a iure vt ap pertius consulens videat quid sit agen dus. extra de elec. ne pro defectu vbi de hīs in glo. Sed nunqd. z. c. cum in vete ri et de ar. cum olim. vbi de hoc. z. xxiij q. i. precipitur. Item sumitur quādo q. consilium pro consensu et tunc con sulens tenetur non solum querere con silium sed etiam sequi q. est consultum extra de offic. delega. venerabili vbi de hoc in glo. hoc intelligo.

Quando dicitur quis consen tire et quando non.

Qonsentire videtur qui malo au ctoritatem prestat et magis quas faciens peccat et ideo plus debet puni ri. xxiij. q. iii. qui aliorum et. xi. q. iii. qui consentit. Item consentire videtur qui cooperatur malo z equaliter peccat cū faciente et ideo equaliter puniri debet vterq. extra de officio delega. c. i. vbi de hoc et. h. q. i. notum. et. lxxvi. distin. fa cientes. **C** Item consentire videt pec latus subito suo delinquenti eo ipso q. tacet et non corrigit cum. extra de verborum significatione. Quis vbi de hoc. et. plii. distinctione sit rector. et ca pitulo ephefus. **C** Item consentire videtur qui facto alterius se subscribit scienter nomine suo secus tamen si no mine alieno. ff. de in rem. verso. lege peo multi. et arg. extra de rebus ecclesie nō alienand. si quis presbyterorum vbi de hoc. **C** Item qui consentit alienationi face postea rem alienatam reuocare non potest. extra de dote post diuor. ti. nuper vbi de hoc. et argumentum. ff. quibus modis pignus. soluitur. lege si cut de re corporali. §. si voluntate. **C** Item consensus priuatorum nō fa cit illum iudicem qui nulli iurisdicō

Summa monaldi

ut preest. C. de iurisdic. oim iudi. prima-
torum. ¶ Item est cōsensus negligētie
consilii comparationis et auctoritatis
de quibus habes extra de offi. dele. c. j.
in glo. b. sic pater.

¶ Quando dicatur quis consenti-
re et quando non.

¶ Consentire non videtur tacendo
qui prohibere nō potest vt si me
inuitoyendi rem meam non vi-
deo consentire licet taccā propter me-
tum vt. ff. de contrabē. emp. l. rem alic-
nāde hoc habes extra de presump. nō
ne in glo. vbi nota q̄ qui taceret de hoc
require in tractatu de taciturnitate
quoniam fm aug. consentire est tacere
cum possit arguere. ¶ Item qui petit
inducias non videtur propter hoc in
iudicio cōsentire extra de accusa. ad pe-
titionem vbi de hoc et vt lite non cōte.
accedens ¶ Item consentire nō debet
quis malo immo potius omnia mala
pati debet ar. extra § diuoz. ex litteris
vbi de hoc et. xxii. q. v. vane.

¶ De conspiratoribus.

¶ Conspiratores non sunt recipiē-
di cōtra quam conspirauerunt
et maxime cōtra prelatum sibi
extra de iud. exhibita vbi de hoc. ¶ Itē
repellendi sunt ab accusatione denun-
ciatione seu inq̄sitione et testionio p̄tra
quē conspirauerit extra de accu. c. i. opor-
teat et de iudi. nouit. in fi. sed tamē aus-
sup staty ecclesie inquiritur bene pos-
sunt admitti extra de re iud. c. l. ra. vbi
de hoc. ¶ Item non sunt admittendi
in testes extra de symo. licet hely. et. c. p-
tuas est em̄ cōspiratio grauissimum cri-
men ita vt accusati de conspiratione a
proprio gradu repellat. rj. q. j. coniura-
tionem. et. c. sequentibus.

¶ De correptione publica et priuata
Correptio publica et manifesta p-
tinet solummodo ad prelatos q̄
subditos suos tā publice q̄ pri-

uate corrigere possit: sicut pater filios
subditi vero debent vero publice corri-
gere suos prelatos sicut nec filii patres
suos extra de heretici. cum ex in iun-
cto vbi de hoc in glo. ad hanc et sic intel-
ligitur illud ca. h. q. j. si peccauerit in te
et. xxii. q. v. hoc videtur. ¶ Item corre-
ptionem nō recipit nec salutes nimia et
aspera increpario. xlv. distin. cum bea-
tus. ¶ Item aspera et nimia precepto-
ris seuitia culpe comparatur. ff. ad. l. a
quid preceptoris. ¶ Item non videtur
quis saluus corrigere bono celo si non
dus est ipse correctus. iii. q. vii. qui siue
et. §. porro in fi. et. c. vbi. et extra de testi.
cogen. preterea non enim corrigere a-
lium potest qui probatur in delictum
similiter corruisse extra de testi. p̄sonas
vbi de hoc et. xxv. distin. c. vlt. ¶ Itē dō
potest aliq̄s gaudere vel dicere se cor-
rectū nisi prius doleat se esse fuisse per-
uersum ar. extra qui clerici vel vo. c. j.
vbi de hoc et. xxiiii. q. ii. p̄admodū. Itē
correctis tātus venia datur. xxiiii. q. j. lo-
quitur et ar. extra qui clerici. vel vo. c. j.
vbi de hoc.

¶ De contractu.

¶ Contractus de re spirituali non
vitatur in casu per dolum alio-
rius partis q̄ pia deceptio non
prohibetur extra de conuersa. coniug.
dudum vbi de hoc. ¶ Item cōtractus
claudicat ex vna parte quādoq̄ et non
tenet et quandoq̄ tenet extra de spon.
impu. continebatur vbi de hoc et de est.
nosti. ¶ Item contractus futuri tem-
poris ad iudicem spectat ar. extra de se-
pul. iniuria vbi de hoc.

¶ De pena contumacis.

¶ Contumacia quandoq̄ artēd-
tur respectu ad iudicium nonve-
nientis extra de do. et contru. c. i.
vbi de hoc et. c. cum dilecti nisi. ¶ Itē

quādoq; respectu non restituentis. ff. de rei. ven. qui restituere. ¶ Item quādoq; respectu non respōdentis vel obscurē respondentis pro eodē habetur. ff. de interro. act. l. de etate. §. qui tacuit. et. §. nihil. ¶ Item quādoq; respectu recedentis extra de dolor contu. prout de re. iudi. c. j. ¶ Item quādoq; respectu non exhibentis. ff. de appel. l. creditōr. §. nullus de hīs habes extra de do. l. contu. c. j. in glo. b. contumacia.

¶ Item non dicitur quis contumax q̄ vocem p̄conis non statim fraudit. ff. de restitu. in integ. l. vlti. Sed qui contumaciter se absentat contumax reputatur extra de excessi. p̄el. ex litteris vbi de hoc.

¶ Quando quis debeat cōtumax reputari.

¶ Contumax anteq̄ audiatur v̄l ab soluatur debet satisfaccere de expensis. C. de bonis au. in poss. autē. et q̄ iurat. C. de iud. s̄acm̄. r. C. quōd. r̄q̄m̄ iudex autem. qui sol. ¶ Item contumax reus si venerit infra annus quādo actor missus fuerit in poss. causa rei ser. recuperat possessionem r̄ fruct̄ rei solutis. r̄i expensis. r̄ prestita cautione standi iuri. Sed si venerit post annum recipiabit rem tantum nisi disierit fuerit iud. auctoritate extra vt lite nō contu. quoniam frequenter vbi de hoc. et. ff. q. an. quicumq;. ¶ Item crescente contumacia crescere debet pena. ff. de p̄h. r̄ rel.

¶ Quando conuersus gaudet priuilegio clericali.

¶ Conuersus secularium ecclesiarum ex quo diuino obsequio se tradidit et sua dando maiorem partem bonorum suorum ecclesie ad quem conuertitur et iuramentum habitum secularium in religionem habitum licet non ex toto siue in seculari ecclesia siue in regulari ecclesiastica persone cōsentur r̄ gaudent pri-

uilegio r̄ ecclesiasticam habent immunitatem. xvij. q. iij. Si quis primo gaudere quidem debent hōi conuersi eorum priuilegio quorum vitam assumerunt licet quidam contrarium dicant extra de statu. m. monachorum recolentes r̄ de priuile. priuile. vbi de hoc. vnde h̄cunq; in alicuius religionis. seu ecclesie cōuersos manus inuenerit violentas excommunicationem incurrit extra de sen. et. non est dubium vbi de hīs in glo. infra eodem ex tenore r̄. c. ex tenore.

¶ Item conuersi ecclesiarum postquā tonsurati incedunt cum destinatione animi iam clerici sunt ar. xxiij. q. j. paratus r̄ ecclesiastice persone censentur tuis spirituale. cadit in eosq; qui crimine committeret symoniā. j. q. iij. saluator de hoc habes extra de instit. c. h̄. in glo. b. qui sunt sed non sufficit sola conuersorum in proprietatibus suis remanentium receptio nisi sequatur plena translatio. xx. q. ij. si quis iam sicut nō dicitur quis esse de numero militum prius sit inter eos. ff. de militari. testa. l. ex eo tempore vnde post plenā translationem subdāt iuri episcoporum extra de priuile. c. placet vbi de hoc in glo. r̄ ita r̄. c. cum plantare. §. de confratribus r̄ ca. tuarum. ¶ Item duo sunt genera xpianorum vnum q̄ obsequio diuino dedicati est. vt clerici r̄ conuersi aliud genus vt layci. xxi. q. j. duo sunt. §. de confratribus r̄ ca. tuarum.

¶ Vbi quis possit conueniri.

¶ Conueniri potest quis vbi emit v̄dit siue contrahit r̄ celebrat dies festos. ff. ad munici. eius. §. vlti. ¶ Item conuenitur quis ratione rei de qua agitur r̄ ratione cōtractus r̄ ratione delicti. aut domiciliū extra de fo. compe. c. vlti. vbi de hoc r̄. c. sane. r̄ extra de pri. nolentes innocē. ¶ Item cōueniri q̄s potest aliquando nisi soluere promissit et vbi domicilium habet. et hoc est in

Summa monaldi.

optiōne creditoris vt vbi cū conueniat
vbi magis vult conuenire ipsū extra
de fo. compe. dilectus filius vbi de hys
in diuersis glo. r. c. cum sit. r. c. ex parte
r. c. vlti. ¶ Item conueniri quis debet
sub illo iudice sub cuius iurisdictione
res est de qua cōuenitur etiā si res mo-
bi. eslet extra de foro compe. c. vlt. vbi d
hoc in diuersis glo. r. c. sane ¶ Itē con-
ueniri potest quis in puincia vbi delin-
q̄ vt illic subiaceat iuri priuilegio non
obstante. C. vbi de priuilegio agi os au-
tē. qua in puincia

¶ Quare quis debeat conueniri.

Conueniri debet qui propter ca-
appellauit. quia timebat conue-
niri per litteras pape vel q̄ alie
nauit rem litigiosam vel etiā emir si p̄
tera hoc fecit vt mandati apostolicū
cluderet p̄ q̄ conueniri timebat extra
de alle. causa. nu. c. j. vbi de hys in glo.
transferendo. ¶ Itē conueniri potest
procurator qui nullum mandatu habet
sufficiens ad interesse si se obtulit
defensionī rei aliene. ff. de pcur. plau-
tius r extra d̄ arbi. per tuas vbi de hoc
¶ Item conueniri potest qui possidet
rem alienā ab actore si ille potest qui
vult dominū in iudicio notare extrayt
lite non conte. q̄m̄ frequenter. vbi de
hoc r de hoc. ad audientiam r. r̄. q. ij.
quādam. ¶ Item conueniri debet cle-
ricus de omni crimine ecclesiastico iu-
dice tantum extra de iud. ar si derici r.
r̄. q. j. r. r̄. c. contumacia. r. c. placuit.

¶ Item conueniri non potest rei vediti-
cacione qui non est possessor illius rei.
C. nu. iud. l. j. r extra de iud. examiata.

¶ Que faciunt vnum corpus

Corpus vnum faciunt qui sunt
de vno collegio vel vna societate
r. vero qui non sunt de vno
collegio vel vna societate nō habēt
vnum sigillū cōmune nec in causa p̄-
curatorum vel actorem cōstituerē p̄nt.

ff. q̄ cuius p̄m̄uer. l. j. §. j. ¶ Similiter
episcopus cum sit caput cum suo capi-
tulo facit corpus vnum. Sed eius clero
ciuitatis vel dyocesi non dicitur episco-
pus facere vnum corpus extra de excels.
prela. cum dilecta vbi de hys in glo. no-
ta q̄ r de resti. requisisti.

¶ De officio iudicis.

Quoniam debet habere curam de lu-
aminarib' de incenso panca vino.
ad sacrificandum r de pulsatione cam-
panarum r de electis et oblationibus
colligendis r episcopo prestādis vel cū
eius consensu diuidentis extra de off.
custo. c. j. r. r̄. q. r. r̄. di. perlectis.

¶ De clausulis.

Clausula posita in medio litterarū
rā cōplectitur tñ p̄missa si sūt
plura negocia. non se contingētia q̄ si
articuli sunt conuerti non referē vtrius
in principio medio vel fine ponatur q̄
tunc cum aliq̄ p̄hibetur in vno intelli-
gitur esse p̄hibitum etiā in alijs que in
litteris continentur extra de ap. in qui-
sitionem vbi de hoc in glo. ar. contra. r
ñ. requirit r de rescriptis olim. ¶ Itē
clausula ista r vltra nisi exprimat in li-
bello ad modicum rēpus referat extra
de dil. littere vbi de hoc. r. ff. de ver. sig.
hoc adiectio. ¶ Itē hec clausula forte
quandoq̄ vtro est assertionis r nō du-
birationis extra de testa. q̄ ingreditur
tibus vbi de hoc r de pcur. tue r. r̄. q. q̄
vlti. habēt illi. ¶ Itē hec clausula vsq̄
quandoq̄ ponitur exclusiue extra de
eo qui renun. episcop. c. j. quando po-
uitur inclusiue. r. c. dist. a subdiacono.
¶ Itē clausula hoc r quidem alij qui
in litteris pape consuevit apponi. ūn.
tantū apprehendit. q̄ per ipsam non
possunt nisi. ūn. citari quorum nomina
in primo debet citatio exprimerē im-
petrator: ne fraus postea cōmittat ex-
tra de rescrip. cū in multis in glo. Itē
hec clausula donec quandoq̄ sumitur

pro. nec post. extra de ver. signi. ioseph
vbi de hoc in glo. p. dñ. ¶ Itē hec clau-
sula amplius ad modicam p̄tatez re-
fertur. ¶ Similiter hec clausula circi-
ter ⁊ similes feruntur ad modicā qua-
litate p̄tate. ff. de ver. signi. cuz inter
nos vbi de hoc. ¶ Itē hec clausula diu-
tius extenditur vsq; ad quinquenniuꝝ
vel ad boniviri arbitrium potest exten-
di extra de coniug. l. p̄p̄ozum. c. j. vbi
de hoc. ⁊ ff. de parati. l. j. p. dñ. ¶ Item
hec clausula forsā ponitur quan- doq;
affirmatiue ⁊ non dubitariue extra de
p̄cur. tue vbi de hoc. ⁊. xxxij. q. ij. admo-
nere. ¶ Itē hoc aduerbiū maxime su-
mitur quandoq; p̄ tantū extra de fil.
p̄sbiterozū ad abolēdam vbi de hoc.
¶ Item hoc aduerbiū moy sumitur
quandoq; p̄ incontrinēti. ff. de testa. l.
heredes palā in fi. extra de elec. cū post
petitā quādoq; sumitur pro spacio. v.
dicrū. ff. de const. pec. l. p̄missio: quan-
doq; sumitur pro vno anno. xx. q. ij. si
inqualibz. c. puella quandoq; sumit̄
p̄ triūo. C. de iud. cū specialis de hīs
habes extra de elec. q. p̄pter in glo. b. j.
incontinēti. ¶ Itē hec clausula quāti
de iure potestis dñs semp̄ poni post ter-
miniū p̄cep̄tozū qñ dñs cē de rescrip.
causam que vbi de hoc in glo. hec clau-
sula ⁊ de dolo. ⁊ contu. cum dilecti ⁊ re-
sit. in intez. ex lictis. ij. ¶ Item per
hanc clausulaz vocatis qui fuerint cuo-
candi dñt oēs vocari quos negociū tan-
git extra de iud. exhibita vbi de hoc.

¶ De clericis.

Dicēdū est de habitu clericozus ne
clerici immisceantur negociis se-
cularibus de vita ⁊ honestate clericozū
De clerico vxorato. De clerico crimino-
so. De clerico pausoz. De clerico vena-
toze. De clericis nō residētibz. De ho-
spitalitate clericozū. De pluralitate be-
neficiozum. De etate ordinādozū. Qui
debent clerici appellari Quod clericus

teneatur debere horas. De foro cōpe.
clericozū. De iniuria clericoz. De p̄iuri
legio clericoz. De clericis pegrinis. De
differētia cleri. ciuitatis ⁊ dyocesis.

De habitu clericozum.

Cleric⁹ debet se in vestib⁹ cōforma-
re consuetudini regionis in qua
ne ypocrita videat. xxx. di. si q̄s v̄rozū.
¶ Itē p̄rifices de sup hab cant in pu-
blico linea indumēta nisi sint r̄lares q̄
habituū suū semp̄ portare debēt. Simi-
liter palliis distabulatis in publico nō
vrantur nisi post collū vel ante pectus
connexti extra de vi. ⁊ ho. clericozū cleri-
ci. valer vbi de hīs in diuersis glo. ⁊ r̄ij.
dist. p̄ totum. ¶ Itē panniis rubeis et
viridibus nō vrantur ⁊ furicis mani-
cis ⁊ fucularibus nō vratur. Similiter
nec frenis calcarib⁹ ⁊ pectoralib⁹ de au-
ratis. Similiter capas manicatas ad
offiū nō gerāt nec etiā al. si sint sacerdo-
tes ⁊ p̄sonar⁹ habēoz in p̄dicto. c. cle-
rici habet in glo. hoc p̄hibet. ¶ Silt. si
bilas oīno nō ferāt nec corrigias auri
vel argēti. necq; anulū nisi q̄bus compe-
tit ex dignitate poterēt. r̄ij. di. per totū ⁊
extra de vi. ⁊ ho. clericozū vbi de hoc.

¶ Similiter coronā habeāt congruen-
tem clausa portē indumēta decētia in
longitudine ⁊ breuitate vt in p̄missis
capitulis habetur expresse.

¶ Ne clerici immisceāt se secula. nego.

Clerici negociationib⁹ ⁊ alijs. nego-
cijs secularibus se immiscere non
debent q̄ si contra fecerint ⁊ tertio ad
moniti non desisterint gaudere nō de-
bent priuilegio clericali ⁊ de suis facul-
taribus statuto ⁊ cōsuetudini patrie in
qua sunt debent merito subiacere nec
sint ioculatores nec intrent tabernas
nisi ex iusta causa nec ludāt ad aleas
v̄tillos nec ludis intersint. extra de vi-
ta ⁊ ho. cleri. c. vit. vbi d̄ hoc in diuersis
glo. ⁊ c. cleri. iij. vbi de hoc.

¶ De cohabitatione cleri. ⁊ mulieruz.

Summa monaldi.

Queria suspectas mulieres secum in domo habere non debent, nec etiam consanguinitas tales de quibus suspitio possit oriri, nec permittat sibi mulierem ad altare seruire aut ipsam sedere infra cancellos, extra de cohabitatione clerici et mulierum, c. ubi de hoc in glo. xxxii. dist. et c. si autem, et xxx. dist. interdictum. **I**tem sine rationabili causa et manifesta non, audeant monasteria frequentare, i. ultra duas vices ad eas ire extra de vita et honestate clerici, monasterium ubi de hoc. **I**tem clericus de aliqua femina suspectus si post trianam admonitionem inueniatur confabulari cum ea excommunicetur vterque extra de cohabitatione clerici, et mulierum, si quis, ubi de hoc. **E**t si publice est de crimine infamatus ab officio debet suspendi, extra de symonia, accusa, ubi de hoc, r. c. seq. **E**t ar. ii. q. iiii. presbyter, r. c. si mala. **I**tem qui in matrimonio sunt ligati ad sacros ordines promoueri non debent nisi primo proprio episcopo continentiam promittant publice et expresse, xxxii. dist. nullum, r. c. assumi.

De clerico vxorato.

Queria clericus vxoratus beneficium amittit ipso iure nec alicui coniugato beneficium debet conferri, et si ipso iure conferatur debet priuari non tamen potest per episcopum qui ei contulit spoliari extra de clerico coniugato, c. ubi de hoc in glo. et merito, r. c. ii. in r. c. diuersis. Similiter non debet ad sacros ordines promoueri nisi vxor: si iuuenis est monasterium intrare vel si est senex castitatem promittat extra de clerico, c. ubi de hoc, r. c. ubi de hoc, et de conuersione, c. ubi sit predictus. **I**tem qui vxore inuita et ignorante recipiunt ordinem sacrum tenentur reddere debitum vxori petenti exigere vero nunquam, xxxii. dist. dyaconus, et c. r. xxxii. q. ii. multorum. **S**ed si vxor: sciuit et consensit vel non contradi-

xit vel per se vel per alium cum sciret ius sed tacuit oportebat eam de cetero continere, quia etiam mortuo viro de cetero contrahere non potest, r. de facto contrahit in simoniam non tenebat, xxxii. dist. quia sunt culpe, r. c. si se culpat, r. c. si qua vidua, r. xxxii. dist. seriatim. **I**tem antequam clericus coniugatus in episcopum ordinetur, vxor eius monasterium intrare teneretur etiam si verba esset et est speciale in vxore episcopi, als secus extra de conuersione, sane ubi de hoc, r. c. diugar.

De clerico criminoso.

Queria in magnis criminibus inuentus et conuictus primo debet ab ordinibus degradari, et postea in monasterio arcto detrudi, extra de penitentia, ubi de hoc. **I**tem si conuictus fuerit se raptozibus alienarum sponsarum commisisse vel dedisse fauorem a gradu proprio repellatur. Si vero inde tunc est infamatus debet purgari extra de purgatione, si quis in gradu. **I**tem licet clericus depositus sit: nisi sit incorrigibilis per laycum non debet puniri, extra de iudicio, cum non ab homine et, lxx. dist. dictum nisi in crimine falsi, extra de falsis, ad falsarium, Sed si est depositus propter enormia crimina et maxime excepta. **S**i fuerit incorrigibilis, debet tali modo tradi curie seculari quibusdo enim degradatus fuerit seculari potestate presente denunciandum est sibi id est potestati quod in suis foris recipiat taliter degradatum et sic intelligitur clericus tradi curie seculari debet tamen ecclesiasticiter rogare pro ipso ut contra mortem huius clericus puniatur extra de decore, ad abolendam ubi de hoc in glo. in tribus enim de iudicio, cum non ab homine ubi de hoc in glo. nota qualiter et de significatione, nouum ubi de hoc. **I**tem clericus depositus in ecclesiis: in necessariis subuenitur quia potest dispensari cum deposito et homicida per episcopum

beneficio obtinendo non mendicet q̄
teneatur clericaliter viuere et habet eti-
am priuilegium clericale. l. dist. studeat
in fine. lxxxj. distinctione dictum et ex-
tra de clerico non ordi. m. ex litteris v̄
bi de hoc. ¶ Item quibus clericus inue-
niatur in aliquo crimine vel furto non
potest iudicari a rege seu aliquo alio iu-
dice seculari. extra de iudi. cum non ab
homine. sed primo debet a suo episco-
po cum alijs episcopis sibi adiunctis de-
poni. v. q. vii. felix et postea excommu-
nicari. et si crescente malicia in corrigi-
bilis fiat postea comprimatur per iudi-
cem seculari. xi. q. j. petimus et hoc te-
net cum causa incipit a crimine. Sed ta-
men eoducto fiat cum cōrumada inci-
pit causa eius extra de iudi. cum nō ab
homine vbi de hoc in gl. qualiter et xxiij.
q. iij. forte in fi. ¶ Item clerici qui in si-
dias vel cōiurationes faciunt contra e-
piscopum suum deponendi sunt et tra-
dendi curie seculari ad puniendum. xi.
q. j. si quis sacerdotum et. c. coniuratio
num et. in. c. sequētibz de hoc habes.
extra de testibus cogendis.

De clerico percussore.

Clericus non debet esse percussor
als grauiter puniri debet. extra
de cleri. percus. c. j. fere per totum et si
gubernat nauem in bello iniusto vel i-
urat ad pugnas debet deponi. extra de
penis q̄ in duobus vbi de hoc. ¶ Item
non debet cum armis pugnare etiā con-
tra paganos nec cum lapidibus et si-
fle que inter arma computantur extra
de iudi. et multa. §. de clis vbi de hoc
et de homic. peritio et. l. di. clericus qui
paganum quia lacryme et orationes
sunt arma clericorum. xxiij. q. viij. de-
ria quicunq̄. et. c. conuenioz. ¶ Item
qui de misso clericali habitu et tonsura
ad percutiendum portauerit arma et

tertio ad monitus non destiterit vel si
a laycis in criminibus deprehendatur
perdit priuilegium clericale et ab eccle-
sia liberari non debet. extra de sen. etc.
in audientia et. c. ppendimus et. c. cōtin-
git et de apostatis. c. j. vbi de hoc et de vi-
ta et ho. clericorum. c. n. vbi de hoc.

De hospitalitate clericorum.

Clerici tenentur seruare hospita-
litatem que pertinet ad officium
pcuratis. xliij. di. §. j. sed nō illa que fit ex
debito seruitutis extra immuni. et. c. j.
vbi de hoc. ¶ Item quicunq̄ habent clericū
de bonis eccl. pauperuz est. xvi. q. j. qm̄
quicquid et. xliij. q. ij. q̄ autem et. q. viij
conuenioz ideo de huius bonis debet
esse contenti victu et vestitu competēti
pauperibus superfluum erogare. xij. q.
j. clericus qui in si. et. duo. et. c. vlti. et. x. q.
ij. episcopus. Item promoueri et ordi-
ni possunt ad titulum possessionis sue
si habent unde valeant congrue susten-
tari nec possunt postea huius patrimo-
nium vendere sed tenentur inde predia-
les decimas dare extra de preben. tuis
vbi de hoc.

De clerico venatore.

Clerici in sacris ordinibus consti-
tuti non debent habere canes seu
accipitres ad venandum alias grauiter
puniantur extra de cleri. vena. c. j. vbi de
hoc et. c. iij. et. lxxxvj. disti. quorūsdā. Sed
alijs clericis causa necessitatis vtilitatis
et recreationi cum veribus laqueis
et canibus licet venari dūmodo cum si-
lentio et modestia fiat. Nam et monacho
licet texere lina pro piscibus capiēdis
de consecra. di. v. nunquam.

De clericis non residentibus.

Clerici residere debent per se ipsos
et non per vicarios in ecclesijs in q̄
bus beneficium habent vel paratum

extra de cleri. non resi. q. nonnulli. c. n. residere est deseruire extra. cod. ri. con. querente. debent enim habere curam ecclesie sue per se. quoniam per vicariū deseruire non licet nisi in casu quātum assidue clericus beneficiarius residere debet in ecclesia vel prebenda vt hōis canonicis et officiis in ecclesia interesse ad arbitrium boni viri limitatum est vel secundum rationabilem et approbatam consuetudinem vel constitutionem ecclesie prebendalis. Non enim dicendus q. singulis hōis interesse teneatur aut singulis diebus noctibus residere. ad horas tamen canonicas dicēdas vel audiendas saltem extra ecclesiam et priuatim dicās. q. teneatur quilibet beneficiarius in ecclesia vel prebenda dumtamē sit adultus perfecte. quia beneficia ecclesiastica dantur propter officia et ideo dicendum est q. omnis clericus in sacro ordine constitutus siue sit beneficiatus siue non. teneatur ad horas canonicasque ordinis sacro officium est annexum. unde et subdyacono dicitur in ordinatio. ne vide si batenus fuisse tardus ad ecclesiam. modo sis velox. si batenus fuisse somnolentus. modo sis vigilans. nec videtur q. propter occupationes studij aut laborem peregrinationis ab hōis canonicis excusetur aut q. archiepiscopus vel episcopus super hōis. possit dispensare aut in aliud commutare aut abbas cum suo monacho. propter scholas aut viationem. articulus tamen necessitatis inuitabilis excusare potest tales. Et licet quis sit suspensus aut excommunicatus aut etiam degradatus. si ratione ordinis sacri ante tenebatur ad horas teneatur et post degradatum teneatur ea que sunt oneris. et non honoris eodem modo si ratione beneficii tantum tenebatur ante et post. Similiter teneatur q. diu retinet beneficium. suspensus tamen aut exco-

municatus aut degradatus non debet officiare ecclesiam in suo ordine sed cum solum dicit horas suas ille qui suspensus est aut degradatus aut cum alijs non officiano ecclesiam non debet dicere dñs vobiscum. vel similia verba q. ad dignitatem ordinis eius pertinent excommunicatus autem non debet dicere horas cū alijs q. nō est ei cōmunicandum. ¶ Si autem cum aliquis suspenditur aut excommunicatur aut degradatur si prohiberet placet ne diceret priuatim horas error esset expressus in mandato nec teneatur obedire nisi fieret ex causa in odium. scilicet horrorem criminis perpetrati sicut prohibetur aliquando ne reliquie abortiu excommunicati miscantur cum alijs reliquijs sed canib. proiciantur. ¶ Item prebendari absentem reuocandi sunt ad residendum in mandato nec teneatur obedire nisi fieret ex causa in odium. scilicet horrorem criminis perpetrati sicut prohibetur aliquando ne reliquie abortiu excommunicati miscantur cum alijs reliquijs sed canib. proiciantur. ¶ Item si sint in seruitio episcopi vel in studio vel etiam p. utilitate ecclesie siue fructus prebendarum suarum habere debeant sic absentes vicualia tū et distributiones quotidianas habere non debent extra de cleri. non resi. de cetero vbi de hoc. et c. ex parte vbi de hoc. et c. cum dil. vbi de hoc. ad audientiam vbi de hoc. ¶ Item qui petit et obtinet licentiam eundi ad scholas et postea vadit ad castra vel etiam ad ciuitates vbi non est studium vel est minus competens non debet habere fructum prebendarum suarum propter fraudes commissam extra de de. nō resi. tue vbi de hoc. Item quātūcūq. tpe sit absens ab ecc. in qua tenet residere et de cl. nō resi. relatur vbi de hoc. semp. tū anteq. spoliatur ecclesia sua primo est mouendus vt restat nisi forte receperit secundum beneficium quia tunc ipso iure vacat priuatim

quod quis de iure sit eo priuatus potest tñ priuari de facto extra de cōcessi. p. litte ras 2c. cū in nris alioquin nisi primo citetur vel cōfiteatur in iure seu cōmunicatur vel per contumaciam se absentet. iure suo priuari non debet extra de ma. 7 obedi. inter quattuor immo etiā si esset vagabundus primo ad ecclesias suam vel domum debet citari extra de deri. non resi. ex parte vbi de hoc et. ca. ex tue. licet enim uergetur non tamē habet ecclesiam pro derelicta nisi se transferat ad contrarium actum aut si fiat miles aut contrahat cum corrupta extra de derico nō resi. qualiter vbi d' hoc 2 ca. vlti. vbi de hoc n. gloi. Nota quod 2 de derico coniugato. c. j.

De pluralitate beneficiorum.

Quoniam plures dignitates vel personatus in vna vel diuersis ecclesijs non debet habere extra de preben. de multa vbi de hoc. 2. c. referente vbi de hoc. 2. ca. de monachis vbi de hoc.

Item pauperes clerici qui suis prebendis non possunt commode sustentari cappellas parochiales per episcopos illis prebendis annexis habere possunt legitimis portionibus presbyteris capellarum ipsarum ab ipso referuatis. tunc hmoi clerici erunt prelati talium capellarum secundum quosdam et sacerdos loco vicarii perpetui stabit extra de prebe. expositi vbi dicit hoc in glo. ista duor. ca. extirpande. Et ita vide qd propter necessitate h' alicui. duas ecclesias habere. 2. q. in. viuo 2 extra de era. q. lra. cam te. vbi de hoc. Item qui habet ecclesiam habentem curam animarum si secundam accipit que similiter curam habeat animarum prima vacat ipso iure. 2. si illam recipere de iure contenderit vsq; ad litem contest. debz spoliari vtracq; et siue ad qd spectat collatio beneficii prioris. infra sex menses non conferat illud collatio ipsius ad

aliud deuoluetur et ipse qui non contulit punietur extra de prebe. de multa vbi de hoc. 2. ca. referente vbi de hoc.

Item qui habet beneficium cum animarum cura promoueri debet. vel beneficio priuari. extra de era. 2. quali. vbi de hoc. 2. de elec. cum in cunctis 2. l. di. fere per totus. Item clerici qui alaydis temporalia possident qtuor ad hoc laycis sunt minores extra de iureiurādo minus vbi de hoc 2 de ma. 7 obedi. solite 2. viii. di. si eps. Item episcopus tenetur prouidere clerico ordinato ab ipso etiā si fraudulenter ei prouidet in beneficio de quo aliter iniuste fuerat spoliatus vel hmoi alteri debetur. de iure et clericus hoc ignorabat tunc potest petere prouisionem. eps ei prouidere tenetur in beneficio equipollenti ar. extra de preben. inter vbi de hoc. 2. c. cū secundum vbi de hoc. 2. vii. q. iii. presentium. De etate ordinandorum.

Quod clerici post. xiiii. annos possunt ad sacros ordines promoueri 2 ecclesiastica beneficia possunt habere. xviii. di. de hys. Item appellatur quis puer vsq; ad. xiiii. annum. xvii. q. v. pueri stricto tamē modo pueri dicuntur quantum ad ordines 2 ecclesiastica beneficia vsq; ad septennium quia seruire non possunt sed post. vii. annum ydonei reputantur si sunt doli capaces licet quantum ad dignitates ydonei minime reputantur. ar. extra de preben. super in ordinata. vbi de hys in glo. Sed quos dicimus 2 de era. et quali. ex rōne 2 ca. sequen. Item licet clerici propter infirmitates corporis in ecclesijs suis nō valeāt ministrare nō cum in hoc casu dicuntur suis stipendis spoliari extra de derico egro. cap. j. vbi de hoc. Item tot clerici debent in ecclesia ponere tot monachi vel moniales in monasterijs recipi possunt quot de bonis ecclesie seu monasterij commode sustentari extra

Summa monaldi

de insti. ca. j. vbi de hoc r. c. auctoritate
Item clerici qui recipiunt ecclesiastica beneficia sine consensu episcoporum excommunicari debent extra de insti. ex frequentibus vbi de hoc.

Qui debeant clerici appellari.

Clerici nomine quandoque sumuntur large pro omnibus clericis in epi scopo subiectis siue sint canonici. siue alii inferiores eis extra de ver. sig. cum tibi. vbi de hoc. Quandoque sumuntur stricte pro ipsis clericis tantum extra de ver. sig. cum clerici vbi de hoc. **I**tem nomine clericorum omnes inferiores et superiores ordines continentur. In auct. de scis. epis. s. presbyteros et. v. q. j. de persona in fi. **I**tem clericalis ordo confertur etiam per primam tonsuram extra de tra. et quali. cum cotin. gat. **I**tem clericus potest compelli ad ordinem suscipiendum cum necessitas vel utilitas hoc exposcit extra de tra. et qua. queris vbi de hoc.

Quod clericus teneat dicere horas.

Clerici qui sunt in sacris ordinibus constituti seu etiam beneficiati vel ecclesiarum prelati tenentur per obedientiam dicere canonicas horas extra de cele. mis. dolentes vbi de hoc r. c. presbyter. Sed queritur de negligentia circa horas et ca. debite circumstantie orationis sint tempus et modus. Debemus enim horas dicere et tempore debito et modo scilicet deuote sicut peccamus in omissione debiti temporis ut si quis dicat primam in hora. vi. vel. ix. ita peccamus quando omittimus modum. scilicet quando dicimus in deuote. S3 qui ex consuetudine et sine legitima causa diceret primam. iij. ix. peccaret mortaliter. Esto ergo quod ex consuetudine dicat horas in deuote peccat mortaliter resp. deo deuote dicere horas potest esse tribus modis quod vno modo dicitur de uoto suauitas mentis pegrinatione

et desiderium eleuare in deum ista figurat caritas vel donum sapientie que rara est. alio modo dicitur deuotio. id est actualis relatio boni operis in deum ut cum quis bene operatur propter deum actualiter considerans quod propter deum alio modo dicitur habitualis relatio boni operis in finem scilicet in deum ut cum quis bene operatur sed non cogitat de deo ab eo quereretur quare operatur diceret quod propter deum et hec deuotio requiritur ad dicendum horas et negligentia huius eque culpabilis est vel plus ut negligentia temporis et sic patet illud. **I**tem clericus monasterium intrante potest episcopus conferre alteri beneficium eius et infra annum probationis. Si ante monitus non vult redire vel si apparuerit euidenter quod absolute noluerit vitam murare. extra de rerum pmu. statuimus. vbi de hoc. Quisdam tamen dicitur quod episcopus debet eius expectare usque ad annum.

Que foro competenti.

Clericus in causa prentiosa a nullo debet trahi ad iudicium secularis alioquin trahens excommunicatur et ab ecclesia expellatur extra de foro comp. nullus vbi de hoc. r. xv. q. j. nullus episcopus r. c. continua. **I**tem nullo modo potest deserere episcopus suum etiam si deserendo interueniat iuramentum et si voluntarie vadat ad secularem forum etiam si pro eo feratur sententia locum suum amittere debet in causa civilis perdere eam extra de foro comp. si diligenter vbi de hoc. in glo. s. nund. r. xj. q. i. in clerico r. c. placuit nisi in causa reconuentionis extra de iudi. ad clericum. **I**tem clerici possunt arbitros eligere sine consensu episcopi sui iudices vero nunquam extra de arbi. c. j. r. c. dilecti. clericus enim in non suum in dicit etiam ecclesiasticus consentire non potest sine consensu episcopi expresso extra de

foro compe. significasti tibi de hoc i glo. bic expresse r. in. q. viii nō liceat. ¶ Item iudicem secularē nō potest eligere etiā de licētia sui episcopi ar. extra de foro compe. c. j. vbi de hoc. r. c. significasti vbi de hoc. ¶ Item q̄ assūmūt cām q̄ extra neis contra ecclesiam in qua beneficia ti sunt aduocādo et procurando cōtra eandēbent beneficijs spoliari extra de postulando cum sacerdotis. §. clericus ¶ Item causam habens aduersus alium clericum adeat episcopi eius et si episcopus est ei suspectus eligatur alij de causa cognoscant extra de foro compe. ca. j. r. c. si quis r. de ap. cum. speciali ¶ Item clericus possunt malefactorēs suos seu raptōres rerū ecclesiasticarum trahere ad quēcumq̄ iudicē volunt qz hmoi raptōres sacrilegi appellantur extra de iudi. cum sit vbi de hoc. Item clerici parisienses conueniūt laycum r. conueniuntur ab eo sub ep̄o suo qz episcopus habet ibi vtrūq̄ forum extra de foro compe. q̄ clericus vbi de hoc. ¶ Item clericus debet puniri ab episcopo i cui⁹ dyoc. deliquit et ab ipso excommunicari potest sed excoctio sententie faciēda est ab ep̄o sub quo competēs beneficiū habet extra de foro compe. postu lasti vbi de hoc.

De iniurijs clericorum.

¶ Qui remittere iniuriam factam per se hōe. sed iniuriam factā clerico quo ad ecclesiam remittere nō potest quin sit excoctus qui verberauit. ar. extra de sen. et. contingit vbi de hoc et. r. in. q. iij. si is qui. ¶ Item verecūdia ē clericis forens sui. deceptationuz si se discipulos ostendunt. C. de ep̄is r. clerici. repetita r. est de testa consulta. ¶ Item clerici suspendendi sunt r. beneficio spoliandi si ecclesias recipiunt de manib⁹ laycorū r. layci qui ecclesias dant sunt excommunicandi extra de iure pa. cap. j.

possunt tñ layci p̄sentare clericos qui ius patronat⁹ habet extra de iure pa. a nobis vbi de hoc. ¶ Item p̄bidentur clerici emere causas ciuiles r. laycos ad uersarios suos trahere ad iudicem. ecclesiasticum hac. de causa extra de. alienata mundi iudic. c. ex parte.

De privilegio clericorum.

¶ Clericus duplex privilegium habet vni⁹ q̄ non potest condemnari nec constringi a iudice seculari. r. istud nō amittit añ amonitionem canonicā quātuncq̄ delinquat extra de iudi. c. i non ab hoic. ¶ Aliud privilegium est q̄ qui manus violentas in eū intulerit excoctatus est ip̄o facto. r. in. q. iij. si q̄s suadet hoc auertit q̄i enozimantib⁹ se immiscet et anteq̄ moneatur sc̄dit quosdam extra de sen. et. cum non ab homine vbi de hoc in glo. sic contra. e. r. c. ppendimus. ¶ Item clericus in aco. litatu existens potest epistolam legere etiam in missa solenni q̄n subdyacon⁹ non est p̄fens extra de vita r. ho. clericorū vt quisq̄ vbi de hoc.

De clericis peregrinis.

¶ Clerici pegrini nō sunt recipiendi nec p̄mittendi publice celebrare in ordine suo nec etiā ad maiores ordines p̄mouēant nisi super hmoi habeant quinq̄ sigilla ep̄orum vel vnde ad minus de quo nō dubitetur vel etiam per alia argumēta p̄bent cuius fidei r. innocentie sint et fidem faciāt de factis suis r. h. di. quiescam⁹. r. c. h. di. p. rotum r. h. di. p. totū r. et de deri. pegr. c. j. r. c. inter. c. me. Similiter queratur an hñtes ordines minores et de deri. pegr. c. j. p̄mittendi. sunt in occulto celebrare si voluerint et de deri. tue r. ar. de. con. di. h. non p̄bēbat. ¶ Item clericus qui passus est se in locū iuuentis adhiberi est repellendus et. de concess. p̄bent. c. j. vbi de hoc. ¶ Item p̄t clericus p̄sentari ab illo p̄ lras ius pa.

Summa monaldi.

patronat' eē de hīs q̄ si. a. p. c. j. noscīt
vbi de hoc r si contradicatur lris stabi
tur tñ cis donec contrariuz proberur
extra de pba. possessionem vbi de hoc

Item deponendus ē clericus vel p̄
lat' q̄ p̄cipat vel cōsentit illis q̄ de nau
fragio rapiunt aliquid vel furtive acci
piunt extra de accusa. cum dilecti circa
finem vbi de hoc in glo.

De differētia cleri civitatis r dyocesis
Clerus civitatis alius ē q̄ de
rus dyocesanus. alios r alios cō
p̄hendit. Clerus em̄ civitatis sumit
q̄nc̄s stricte pro clero ecclesie cathedra
li tantū extra de verb. signi. clerici vbi
de hoc civitas enim r dyoce. licet sint d̄
iurisdictione vnius episcopi sunt tñ di
versa ext̄ de rescri. radulphus vbi de b̄

De crimine.
De crimine vicēdū est. De crimine
enormi r manifesto. De crimine medio
cri r occulto. De crimine ecclesiastico r secu
ari. De crimine enormi r manifesto.

Crimen enorme r manifestū sicut
homicidium r symonia etiā post
quātuncūq̄ per actam penitentiā im
pediunt ordinis executionē quia p pe
nitentiā deleri non possunt q̄dū talis
criminosus beneficium tenet. extra de
accu. inquisitionis. vbi de hoc. **I**tem
secundū quosdā omne peccm̄ q̄ irrogat
infamias ip̄o iure impedit ordinis exe
cutionem. iij. q. viij. §. porro quia licet
per penitentiā culpa tollatur infamia
tamen minime abolerur. ij. q. iij. §. h̄c
collitur. in alijs vero criminibus de q̄
bus potest quis penitere remanendo
in officio suo nō tenetur petere cessio
nem secundum quosdam **I**tem cri
minosus enormi crimine ac manifesto
post q̄tuncūq̄ penitentiā deponitur
nec restituitur nunq̄. l. di. miro: huius
enim crimina executiones impediunt
sicut dictū est extra de symonia. tanta
et accusa. inquisitionis vbi de hoc. Si

vero crimen enorme est r occultū mo
nendus est hmōi criminosus vt abisti
neat non tamen cogendus si vult vti
officio suo quia latētia peccata nō ha
bent vindicam sed solum deus habet
vltiores. xxxij. q. j. xp̄iana. vnde per acta
penitentiā poterit vti officio suo r ad
maiores ordines promovēri extra. de
tēpo. or. ex tenore vbi de hoc in glo. No
ta q̄ si. ca. quesitum vbi de hoc in glo.
mille r de sy. ex tue. preter reos homici
dij extra de tempo. or. quesitū.

De crimine medioer. r occulto.
Crimen si medioere fuerit r occult
ta penitentiā vel pro parte eius rema
nere poterit in officio suo et ad maio
res ordines promovēri fortius q̄ i alio
casu. le. distin. de hīs. ij. r. c. vt constitue
retur. Si vero medioere fuerit et ma
nifestum si tunc victus est iniudicio vlt
timore probationis confessus deponi
tur. lxxj. disti. si quis clericus. De hīs
habes. extra de tempo. or. di. ex tenore
in glo. ber. nota ergo. **I**tem si crimē
medioere publicum est percipientias
operis vel sponēnciam confessionem
factam iniure tunc acta penitētia po
terit cum criminoso misericorditer a
gere quandoq̄ plus quandoq̄ minus
secundum q̄visum fuerit episcopo suo
rv. q. vlti. si quis presbyter r. l. dist. pres
byter. **I**tem crimen manifestus est
quod ex sciētia et certo actore procedit
r q̄ potest pbari. ff. de test. heredi. palā
r xj. q. iij. eorum qui accusatur. **I**tem
dicitur quandoq̄ crimen occultum q̄
potest probare. C. De ap. eos. §. si quis
autem. Similiter dicitur occultum lic̄
plures sciāt q̄dū ab ecclesia toleratur
rv. q. vlti. c. vlti. et extra de cohabi. cler
ici. r mulier. nostra vbi de hoc in glo.
ber. ad intelligentiā.

Crimina ecclesiastica sunt quorū

examinatio siue cognitio et sententia p
tinet ad iudicem ecclesiasticum vt adul
terum et similia c. de offi. or. ca. Simili
ter impedimenta matrimonij. xxxv. q.
vi. episcopus in synodo. h. ca. sequenti
bus. Similiter heresis c. de hereti.
excommunicamus. §. si quis e. Simili
ter crimen vsurarum sacrilegi symonie.
apostasie periurij transgressionis noto
rum cuiuslibet peccati moralis extra
de iudi. nouit. Item criminalia secula
ria sunt illa quorum cognitio pertinet
ad iudicem secularem vt homicidium
furtum et similia. j. respon. Item cri
minosus perdit nomen dignitatis c.
de purga. ca. j. vbi de hoc. Item cri
men appositum in modū exceptionis
impedit promouendum. Sed nō deicit
iam promotum c. de accusa. sup. h. s.
Item videmus crimina claruerūt
non refert. xxiij. quest. iij. ecclesie. Et
ideo postq̄ accusantur non sunt dimit
tenda in discussa extra de collu. crimia.
vbi de hoc in glossa. quia videmus
et de confessis. ca. h. vbi de hoc. crimina
tamen semel dimissa iterum in ultionē
venire non debent. xxiij. quest. iij. si il
lis et de pe. di. iij. diuina demerita.
Item criminalis causa. j. biennij
termināda. C. de iudi. properandū in
pūn. nec debet ab alio q̄ a principe de
legari. ar. xi. q. iij. salua et xxiij. q. iij. illd
et ff. de testi. l. iij. §. h. Item diuus.

Item crimē cōfessionis est cuius quis
alicui minatur verbi gr̄a. Nisi ita fece
ris et ita faciam tibi. xxxij. q. j. mulitare
in fine et extra de symōia deductus vbi
de hoc. et ff. de concul. l. j. et h.

Quis dare possit et quis non.



Titulum seu donatum ab
aliquo qui de iure dare
seu donare nō potet p
nō dato hēs. seu dona
to c. de iure pa. q̄ aut
in fi. et de decimis. dudū

in quibus vbi de hoc. Item permu
tationem nō contrahit qui dat rē alie
nam. ff. de rerū pmuta. de. j. in fi. Item
potest aliquis alij dare q̄ non ha
ber ar. C. de testamen. manu consuetu
tio et C. de iure. emphi. l. vlti. et extra de
supplenda neg. p. ca. j. vbi de hoc et de
elec. iustitragancis. Item q̄ datur ec
clesie pro redemptione peccatorū ad
humanos vsus nō debet amplius ap
plicari. extra de rerū pmuta. iniustus
et de fo. compe. conquestus. vbi de hoc
Item qd datum est pro vtilitate com
muni proprijs vsibus nullus audeat
applicare c. de prebē. ratio. vbi de hoc
et de offi. do archiepiscopi vt singule.

Unde non debeat dampnū
quis portare.

Omnium quis habere non potest
seu debet vnde incruit gratia res
portare extra de remun. sanc. et de pa
ctis cum p̄dicti et de fideiul. peruenit.
Item dampnum est diminutio vel
ademptio patrimonij. ff. de dampn. in
fe. l. iij. Item quis occasiones damp
ni dat dampnum dedisse videtur. ff.
ad. l. aquil. qui occidit. §. placet. et extra
de viou. signi. vbi de hoc et de hominē
de cetero et c. presbytero xij. Item de
delicto persone dampnum ecclesie pro
uenire nō debet. xvj. q. vi. si episcopum
et extra de resti. spo. olim in fi.

De debito petendo.

Virū frustra petiit qui alteri nō
impendit q̄ d. et c. de mutu. pe. c.
j. h. et iij. q. viij. cuius imago. Item
deceptio p̄missionibus alicuius subue
niri nō debet c. de renunc. sup. hoc.
q̄a deceptis tñd' decipientib' iura sub
ueniunt. c. de donatio. inter dilectos.
circa finem.

De officio decani.

Decani officium ex consuetudine
potius tollitur q̄ de iure tenetur
thi decanus ad residentia ecclie vbi est

etius. q̄ licet papa possit alicui layco cōcedere q̄ nō solueret vel q̄ reciperet ab alio non tamen omnibus laycis hoc cōcedere possit nisi ex causa forte ad tempus sicut dicitur gallicū hoc fuisse concessum de hoc habes. extra eo. tit. a nobis in glo. Quia enim deus qui dignatus est totum dare dignatur recipere decimam non sibi sed clericis pro futuram. c. q. j. decime quia decime debentur ex debito iuris diuini debentur compelli layci ad solutionem earum. extra de decimis tua nos ubi de hoc. et. c. parochianos. et. xxxij. distin. preter hoc in fi. Item decimarum quedam sunt personales vt que debentur ex hīs que acquiruntur ex artificio militia negotiatione et similibus hec dande sunt illi ecclesie ubi quis recipit ecclesiastica sacramenta et possunt dari in fine anni vt sic ecclesie utilitas maior accrescat et de decimis ad apostolice vbi de hoc in gl. hic ergo patet et ar. de pignore et litteris. Item decime prediales sunt que debentur ex hīs que proueniunt ex fructibus prediorum et hec dande sunt illi ecclesie in cuius territorio predia sūt sita. extra de parrochi. capitu. vlti. vbi de hoc. et de decimis ad apostolice nisi consuetudo contra eēt q̄ derogat aliqui iuri. et de decimis cū sint hōies vbi de hoc. Item p̄ aialiu pulli zoua que mīme decime appellantur dicuntur etiam prediales. extra de decimis ex parte. j. et. c. et multiplici et debent solui vbi animalia continentur decimantur. argu. ff. de sepul. r. i. predi. l. pecoris pascedi et extra de decimis commissum. et si per medietatem anni pascentur in territorio vnius ecclesie et per medietatem in territorio alterius equum est vt diuidantur inter ecclesias illas ar. extra de decimis ad apostolice vbi de hoc in glos. hoc ergo boues enim in eo fundo intelliguntur in quo laborant et nō in quo

morantur vt. ff. de fundo instructo lege lege cum quidem.

¶ De quibus personis decime dari debent.

Decimarum de iure communi perceptio videtur ad episcopum pertinere. c. q. iij. vno. et extra de officio ordinarii conquerente vbi de hoc verum tamen secundum idem ius matris ecclesie percipere debet eas nisi per indulgentiam vel prescriptionem aliis ecclesiis decime concedantur vt quidam dicit. extra de decimis cū pringat vbi de hoc et xvj. q. vñ. decimas. Item vt ad parochiales tantum ecclesias decimas perceptio pertinere in predictis consuetudinem obserua. extra de decimis cū in tua in fi. r. c. p̄cedenti vbi de hoc. Item soluede sunt decime clericis malis etiam si eos sciuro symoniacos esse quia decime ratione obsequii diuini potius ratione dñi officii dantur. extra de decimis tua nos vbi de hoc in glo. hoc id dicit. Item decime diuiduntur in quatuor partes quarum vna est episcopi alia clericorum alia fabrice alia vero pauperibus dari debet. rñ. q. si. quattuor. et extra de testa. requisisti. Sed quia hoc in paucis ecclesiis obseruatur seruanda est honesta consuetudo in omnibus predictis. argu. extra de sepul. certificari. Item quedam decime dabantur in veteri testamento a populo filijs leui quia possessiones alius non habebat. Quedam dabantur sacerdotibus a leuitis. Quedam comedebantur in templo a populo cum sacerdotibus et leuitis. Quedam etiam recondebantur ad pauperes vsus. extra de decimis. c. j. vbi de hoc. ¶ A quibus decime sunt soluende. Decimas dare debet quilibet homo. xvj. q. vñ. decimas quas etiam clericus non tamen de patrimonio ecclesie. sed de proprijs rebus. siue de rebus patris sui siue predia sita sunt i pro

Summa monaldi

pria parrochia clericorum siue in alie-
 na nisi per compositionem seu consue-
 tudinem approbatam vel per priuile-
 gium esset summi pontificis absolutus
 extra de decimis, capitulo secundo vbi
 de hoc. et. c. a nobis. et de conse. distin. v
 quadragesima. ¶ Item res transit cum
 onere decimarum et ideo potest eccle-
 sia petere decimas preteriti teporis. in
 iuste detentas a quocumq; detentore seu
 possessore etiam violento. extra de decim-
 is pastoralis. et. c. in aliquibus et ca.
 sequen. et. xv. q. vii. quicumq; recogno-
 uerit potest tamen ecclesia partem re-
 mittere sibi vel etiam totum si sit pau-
 per. sed si quis terras possessiones vult
 ecclesie tradere ad proprietatem vel usum
 fructus an tenet soluere decimas vt sic
 alie sue possessiones remaneant libere
 ab exactione decimarum hoc facere non
 potest. sicut dicit. b. extra de rerum per-
 mu. exhibita in glosa que incipit et sic
 patet. ¶ Item secundum quosdam nec
 episcopus nec cathedralis ecclesia potest
 hodie retinere in pignus decimas par-
 rochialium ecclesiarum licet etiam in
 eis habeat ius patronatus nec etiam ali-
 qua alta ecclesia q̄ parrochialis eccle-
 sia vel q̄ illa ad q̄ pertinent huiusmo-
 di decime de priuilegio speciali nec po-
 test episcopus hodie. in hac parte pre-
 stare auctoritatem sed anteq̄. edita es-
 set illa decretalis. c. eo. tit. interdicim⁹
 permittatur episcopi prestare sup hoc
 auctoritatem quantum ad decimas per-
 petuo in feudo laycis concessas vel de-
 tentas ab eis a tempore ex quo non ex-
 rat memoria. non quantum ad illas q̄
 post concilium lateranē. vsurpare sunt
 eis de nouo in quavis alienatione non
 sufficit sola auctoritas episcopi. quid
 ergo de illis qui ante prohibitionem
 receperunt decimas huiusmodi in pi-
 gnus auctoritate episcopi nunquid pos-
 sunt eas retinere modo facta prohibi-

tione ita q̄ non computentur fructus
 in sortem. et dicunt quidam sine prei-
 dicio quia sic cum constitutiones noue
 non extendatur ad preterita sed ad fu-
 tura licet alii super hoc contrarium no-
 tauerint. Sed qualr facta est huiusmo-
 di inhibitio. et qualr non potest episco-
 pus prestare auctoritatem super huius-
 modi in pignorationem cum possit au-
 thoritatem prestare in perpetua aliena-
 tione q̄ maius est. extra. de hñs que fi.
 a prela. cum apostolica respōdēt quidā
 q̄ ideo facta est hec prohibitio vt sic fa-
 cilius ad parrochiales ecclesias decime
 reuertantur. alii dicit q̄ ideo facta est
 hec prohibitio quia semper malum fit
 it ad minus species mali propter vsurā
 vel speciem vsure cum creditor intēde-
 ret aliquid non suum recipere ultra sor-
 tem als mutuum non daturus contra
 illud lu. dare mu. sed i perpetua aliena-
 tione non est hoc malū vel species ma-
 li. z propter hoc episcopus potest super
 hoc auctoritatem prestare z non super
 illo. Si autem sine auctoritate episco-
 pi ante prohibitionem predictam ali-
 qua persona ecclesiastica huiusmodi de-
 cimas in pignus recipit tenetur fructus
 omnes quos inde percepit restituere
 non layco q̄ nullū ius ibi habebat. sed
 ecclesie parrochiali vel cum ea bonafide
 componere bonam fides dicitur hoc
 cum ille qui facit restitutiones exponit
 se ad plenam restitutionem faciendam
 nisi quatenus fuerit ei remissus libera-
 liter et spontanea voluntate. Si autem
 miles vel laycus iniuste tenebat deci-
 mas illas in feudo non dicitur q̄ creditor qui
 sine auctoritate episcopi als recepit in
 pignus. tenetur fructus computare in
 sortem et q̄ ultra scienter receperit vt
 layco predicto restituar probantē predi-
 cta. arg. et. c. ri. c. vlt. ¶ Item q̄ similes
 de consensu episcopi dederit proprietari-
 tem decime aliene ecclesie. vsufructu

bi retēto. nunquid ecclesia illa poterit recipere illum usufructum in pignus fructibus non computatis in sortem. et dicendum. ex quo huiusmodi donatio facta est inter viuos ita q̄ proprietatis ius est ecclesie acquisita. cum usufructus debeat sequi proprietatem regulariter. s̄ miles ille qui p̄pria auctoritate sibi retinuerit usufructum poterit ecclesia illum recipere in pignus. Item decimas non computatis in sortem. quia nichil recipit hic ecclesia nisi q̄ suum est. Si autē auctoritate episcopi et ecclesie illius concessus est ei usufructus. cum eo ipso illi iuste possideat tunc tenetur ecclesiam usufructus illos computare in sortem si illud recipit in pignus. Item decimas tenent soluere iudei de terris quas colunt. extra de decimis de terris. personales vero decimas non solunt cū de corpore ecclesie non existat. ff. de cens. fo. §. si vero quis. Item decimas tenentur soluere leprosi p̄ter q̄ de orris et alialibus suis. extra de ecclesiis cōsuecandis. c. j. Item qui non soluit decimas ad decimam reducitur et infamē a penuriam redactus moxetur. xvj. q. j. decime. et. c. reuertimini. Item qui non soluit decimas debet ecclesiastica sepultura carere. extra de decimis prohibemus in fine.

De quibus debent solui decime.

Decime soluende sunt de omnibus fructibus terrarum satis et plantatis. pomis. arborum. herbis. ortorum. de apibus. nutrimentis. alialibus. lana et lacte. feno. lignis. piscationibus. uenationibus. fictis. pensionibus. molendinis. et aduentum. furnis. balneis. fullonicis. argentariis. metallariis. lapidicinis. nec gociis et artificis. et de omnibus bonis. extra de decimis nuncios. et. c. ex parte j. et. c. non est in potestate. et. c. pasto. et. c. et transmissa. Item decimas debet dare doctor. de collecta scolarium et ad

uocatus de aduocatione et mercenariis de mercede et miles de militia. xvj. q. j. decime sunt tributa. et. q. vii. quod dicitur cū omnes decime et etiam de reimpore. ut de conse. dist. v. quadragesima. Item decimas tenetur dominus soluere prediales de parte sua et colonus de parte sua non deductis expensis censu tributo. seu partiarj sortione. extra de decimis cum homines. et. c. tua nobis in aliquibus nam dande sunt statim anteq̄ separatio fiat ceteris si primo separatio facta fuerit tunc dominus de parte sua. et rusticus de parte sua decimas soluit. extra de decimis nobis. h. ubi de hoc. et. c. in aliquibus. et. c. cū nō sit in homine in personalibus autem si surgant ex pecunia decimata deducuntur expense si vero de non decimata pecunia tunc non deducuntur. extra de decimis pastoralis. Item cū de animalibus decima soluitur nec meliora. nec deteriora. s̄ mediocria pro decima solui debent. r. q. ii. hoc ius potestatis. Indignum est enim deteriora dari deo q̄ recipere de dignaretur. hō. xlviii. dist. c. vlti. et. xvj. q. vii. omnes decime. Item decime personales dari debent etiā de iniuste acquisitis cum dominium transferatur ut in his que acquiruntur ex meretricio vel ystrionari meretricij. enim quis turpiter faciat quia meretricij. nō tamen turpiter accipit cū sit meretricij ff. de condi. ob turpem causam. l. idem si. §. quoti. ecclesia tamen nō debet huiusmodi decimas recipere ne videatur crimina approbare. Sof. cum vero dominium transferatur ut in furto rapina symonia. usura. et similibus de hīs decimas dari nec recipi debet. extra de decimis ex transmissa. et. i. q. j. non est putanda. et. xliii. q. j. militare. Item licet dominium transferatur in aliquibus ut in usura et symonia s̄m quosdam tñ q̄ turpiter accipit et repeti p̄ decia dari

nec recipi debet. ¶ Similiter secundū quosdam decima dari nec recipi dicitur nec electa fieri de illicitis acquisitis extra de decimis ex transmissa. vbi de hoc in gl. ergo videtur.

¶ Errum possit priuilegiū dari de decimis non soluendis.

Decimarū solutio cum sit de iure diuino et cōpelli possunt layci ad solutionē earū extra de decimis in alijs quibus. r. c. cum sint. r. c. ad apostolicē vbi de hoc r. c. tua nos vbi dicitur hoc r. xxxij dist. ppter hoc in fine. Nō potest papa secundū quosdam alicui dare priuilegiū simpliciter de decimis nō soluendis licet possit cōmittere ministratiōnem decimarum clerico vel layco per priuilegiū suū extra de decimis a nobis vbi de hoc in glo. cuz enim decime r de hīs que fi. a pre. cum apostolicam in fi. r ne prela. vices suas. c. vlti. r d hoc requirēs. s. in prima rubrica de decimis. ¶ Itē decimarū solutionem non possit imperator alicui remittere per priuilegiū suū extra de decimis tua infra vbi de hoc. pura consuetudo est valere laycis de decimis non soluendis nisi sit scienter approbata p papā de cōsec. dist. h. quadragesima in fine r extra de decimis. c. h. vbi de hoc. r. c. a nobis.

Notandum in quibus solus papa dispensare potest. In quibus papa dispensare non potest. De dispensatione legatorum pape. De dispensatione archiepiscoporum. De episcoporum dispensatione. In quibus casibus non potest dispensare episcopus. De dispensatione abbatum.

In quibus solus papa dispensare potest.

Dispensare potest solus papa contra apostolum. xxx. q. j. dilectos. et. xxx. q. j. sunt quidam. Item contra canones apostolicos. lxxx. q. j. presbyter

Item contra vetus testamentum in decimis non soluendis. extra de decimis extra. r. c. seq. Item in voto matime in hierosolymitano. extra de votis. c. j. Item in iuramento sicut quodam. xv. q. vj. c. ij. et extra de rescrip. c. futurus de his duobus nota. ber. extra de iurando quanto in glo. absolute res. Item restituendo solemniter depositos. ar. h. q. vj. ideo. Item solus mandat generalem synodum congregari. q. j. in episcopus. Item solus deponit episcopos. ff. q. vj. p. ius. Item solus duos episcopatus viuit. xvj. q. j. et temporis qualitas. Item solus diuidit unum episcopatum in duos. xvj. q. j. pred.

pinus et. §. sicut. ¶ Item solus eximit simpliciter episcopos et abbates. xv. q. j. frater noster. et c. de arb. cum tempore. ¶ Item solus confirmat concilia et authenticat libros. xv. di. sc. romana et xv. di. si romanorum. ¶ Item solus facit concilium generale. xv. dist. nec licet. ¶ Item solus papa canonicat sanctos et approbat reliquias eorum. de. extra de reli. et ve. sa. c. j. et. ii. et de test. venerabili ¶ Item solus transfert sedem episcopalem de loco ad locum. xv. q. j. temporis qualitas. ¶ Item solus papa mutat episcopos et absoluit et etiam confirmat electos. vii. q. j. mutationes. et extra de translat. in c. corporalia. ¶ Item solus soluit questionem de fide. xxii. q. j. quotiens et. xv. di. c. j. et. ii. ¶ Item solus concedit primam vacantem. extra de consec. preben. proposuit. et ne se de vacante illa. et de preben. c. vi. ¶ Item solus dispensat quod monachus novitius fiat abbas extra de elec. officij. ¶ Item solus dispensat ut aliquis habeat duas dignitates vel duas ecclesias curam animarum et unam aliam dignitatem. extra de preben. de multa vbi de hoc. ¶ Item solus absoluit de temerario iuramento et iuramenti solus interpretatur. et de elect. venerabilis. §. j. ¶ Item solus potest mutare quod licet notum in aliud quod deo sit magis acceptum fin quosdam sed ber. contrarium dicit extra de vot. c. j. et. c. veniens. et. c. quod super his et. c. magne secus si voto castitatis et paupertatis extra de statu mo. cum ad monasterium in fine ¶ Item solus papa dispensat ut clericus ecclesiam paternam retineat. medio nullo existente. et de filijs presbiterorum. c. penult. et vl. quadoque tñ ex indulgentia summi pontificis super hoc per episcopum dispensatur. extra de filijs presbiterorum. ex tua. vbi de hoc. ¶ Item solus dispensat cum clerico qui relicto ecclesiastico iudice in causa non licito vadit ad iudicem secularem

xj. q. iii. si quis episcopus. iii. et. c. si episcoporum. ¶ Item solus dispensat cum ordinato scienter a symoniaci vel heretico. vel schismatico secundum quosdam ar. extra de elec. quia diligentia. et de symonia. c. ii. vbi de hoc in glo. alb.

¶ In quibus casibus non potest papa dispensare.

Divitem statum ecclesie nec contra. iiii. euangelia. xv. q. j. sunt quidam et extra de cele. miss. cum marthe. ¶ Item nec contra preceptum apostoli de his que ad articulos fidei spectant. xv. q. j. sunt quidam. ¶ Item cum monacho ut habeat proprium vel uxorem. extra de statu cum ad monasterium in fi. ¶ Item nec scdo gradu consanguinitatis in linea descendenti. secus tamen in linea collateralis. extra de restit. spol. litteras vbi de hoc et de divo. deus qui de his habet. extra de consec. preben. proposuit in glo. ber. nam contra. ber. ¶ Item contra preceptum decalogi. x. nec contra. iiii. consilia ea tollenda. xv. q. j. sunt qui dicunt et. xv. di. §. vlt. et. xv. dist. c. j. et. ii. et extra de celebratio. missa. cum marthe. ¶ Item nec scienter cum rebaptizato vel cum re ordinato scienter. q. vii. quod in personalibus et ca. saluberrimum. et q. j. quod quidam et de consecratio. distinctione quarta quibus. et. l. di. confirmandum. ¶ Item nec cum illo qui ad subversioes fidei ordinatur vbi status ecclesie decoloratur. prima questione. se prima conveniens in fine. et capitulosi illa. ¶ Item nec vbi sancti presbiteri benedicti diffinierint dispensare. xv. questione prima sunt qui dicunt. et questione secunda de privile. et capitulo quod vero. ¶ Item dispensatio improprie sumitur in quibusdam quoniam aliquando non dispensatio sed de iure declaratio dici potest. et de iureiur. contra nullis dispensatio. h. proprie sumpta de relaxatio iuris.

De dispensatione legatorum pape.
 Dispensare possunt legati a latere
 in omnibus exceptis his que adhe-
 rent summo pontifici soli et extra de co-
 sanguini et affini et dilecto. Item inter-
 pretari possunt mandatum pape extra
 de postul. cap. circa medium vbi de hoc.
 Item legati qui sunt cardinales pos-
 sunt hodie iure nouo conferre beneficia
 vacantia et facere non possunt alii lega-
 ti quantumcumque sint generales nisi hoc
 eis specialiter demaderet extra de off.
 lega. officii. Item dispensare non pos-
 sunt etiam legati a latere cum filiis sibi
 terozis ubi habeant ecclesiam cum anima-
 rum cura quam nullo medio habuerunt
 patres eorum extra de filiis presbi. dile-
 ctus filius vbi de hoc. Item nec cum
 monacho nouitio ut fiat abbas extra
 de elec. officii circa medium. Item nec
 quod aliquis sit canonicus et careat pben-
 da extra de presb. dilectus filius vbi de
 hoc in glo. ar. et p.

De dispensatione archiepiscoporum.
 Dispensare potest archiepiscopus
 cum subditis suis suffraganei sui
 in quibus potest eos iudicare ratione
 appellationis et consuetudinis arique.
 et. q. iij. conquestus. Item in quibus-
 dam habet ordinariam potestatem et
 de offi. ord. pastoralis ut lite non cont.
 accedens.

De dispensatione episcoporum.
 Dispensare potest episcopus secun-
 dum quosdam vbi cum prohibiti
 sibi non inuenitur ar. extra de iudi. ar.
 si clerici vbi de hoc in glo. ar. contra.

Item dispensare potest cum clericis
 suis de adulterio et aliis criminibus mi-
 noribus post per acta veram peniten-
 tiam extra de iudi. ar. si. de. s. de adul.
 Item in criminibus capitalibus occul-
 tis. l. di. de his vero. Item in omni foro
 penitentiali dispensare potest ratione du-
 ce alij non. et. di. licet. et. q. i. c. qui eme-

det. et. c. omnes. et. c. vera. Item cum be-
 retico et scismatico reuerso. l. di. presbire
 ros. et. c. si quis presbiter. Item cum des-
 rico coniugato ut habeat beneficii sim-
 plex. et. viij. di. de his. Item cum mona-
 chis sibi subiectis ut cellas habeant intra
 claustrum et etiam potest abbas. et. viij. q.
 si. de monachis. et. c. cellulas. et. et. q. vlt.
 Item quod sacerdos in causa civili testi-
 monium ferat. et. iij. q. i. quem et. et. iij.
 Item quod vnus prelatus habeat duas
 ecclesias vnā intitularam et aliam comen-
 datam. et. et. q. i. qui plures extra de cl.
 dudum. et. in fine vbi de hoc. Item
 in temerario iuramento dispensare potest
 de mandato tunc pape secundum quosdam
 si vergat in exitum peius extra de iure
 iurando quitauallis et. c. si vero. et. et. et.
 q. iij. qui sacramenta et. s. vlti. Item
 quod in minoribus ordinibus existens assu-
 mitur ad regimen ecclesie etiam plebani
 dummodo sit talis quod sacerdos fieri pos-
 sit cito extra de etate et quali. preterea vbi
 de hoc in glo. quando et. Item quod mo-
 nachus in minoribus ordinibus existens
 possit esse abbas. extra de etate et quali.
 tuus vbi de hoc in glo. forte et. ar. Item
 cum illis qui extra statuta tempora sa-
 cros ordines receperunt extra de tempo.
 ordi. consultationem vbi de hoc in glo. b.
 ita videtur licet quidam dicant quod hoc
 pertinet ad solum papam ar. extra de
 tempore or. cum quidam vbi de hoc in
 glo. et sic tal. et. c. litteras in fi. Item dis-
 pensare potest in votis peregrinatio-
 nis et abstinentie si causas viderit dispē-
 sandi voto hierosolimitano extra de
 voris. et. et. c. et multa. et. c. per tuas. et. c.
 et parte et. c. magne. Item dispensa-
 re non debet vbi non causa subest arg.
 extra de offi. or. et parte. Item quod de
 tur coadutor leproso et infirmo de mor-
 bo incurabili dispensare potest et dispen-
 dia ministrantur et de sua ecclesia iuxta
 posse extra de clerico egrotante. et. p. et.

et vti. **¶** Item potest de consensu capituli canonicoꝝ numerũ augmentare et causa extra de concess. preben. et par. re vbi de hoc. **¶** Item quãdo duo deri ad vnam dignitatem in discordiam eligunt dispensare potest vt vnus alius quid vltra consuetudinem habeat et alius dignitatem extra de pben. vbi ceter. **¶** Item qd de vna prebenda due fiant et iusta causa extra de preben. vacante in fine vbi de hoc et hoc intelligas quãdo prebenda vacat. **¶** Item dispensare potest qd parochialis ecclesia monasterium fiat sibi formam iuris. extra de ecclesijs editi. ad audientiam. Item vniuersi de iudice potest parochiales ecclesias de consensu clericorum quozus interest si ex iusta causa viderit faciendum extra de excess. prela. sicut. j. xvi. q. j. s. sicut duo. **¶** Item cum clerico patrono vt instituitur in ecclesia cuius patronus est extra de iure patro. per nostras. et c. suggestum. **¶** Item qd tempore ieiunij. comedant carnes infirmi. extra de obserua. ieiunioꝝ consilium. **¶** Item cum clericis qui per se commutant prebendas. extra de rerum pmutacione cum vniuersorum. **¶** Item vt testamenta defunctorum in melius reformarentur extra de testa. nos quidẽ et potest heredes punire si nõ exequuntur defunctorum pias et vltimas voluntates extra de testa. relatum et c. off. et c. requisisti et c. vltimũ. **¶** Item potest sibi quosdam cum iuris canonicis remouere dignitatem honorosam dummodo super hoc confirmatio pape accedat extra de consil. cum accessissent vbi de hoc in glo. sed nunquid. **¶** Item dispensare potest cum illo qui est per seculares potestatem electus proprio suo consensu. cum conditor canonis sibi hoc non reseruauit extra de elect. quisquis et de iudi. ar. si et de preben. de multa. et c. gra. he. **¶** Item absolueret potest illos qui

tempore guerre portauerit res prohibitas in subsidium sarracenis extra de iudeis qd olim vbi de hoc. **¶** Item dispensare potest cum illo qui manifestus usurarius vel in peccato morali publice decedente ecclesiastice tradidit sepulture. et pro ipso oblationes recepit extra de vsuf. quia in omnibus. **¶** Item clericum ordinatum sine baptismo si post baptizatus fuerit potest iterum ordinari extra de bapris. si quis. **¶** Item dispensationis commissio alicui facta in gñe. s. vt possit ordinare clericum filium sacerdotis medietate respicit et ita debet in acolitum ordinari extra de filijs presbi. litteras vbi de hoc.

In quibus non potest dispensare episcopus.

¶ Dispensare non potest episcopus in his que reseruantur domino pape vel legatis suis extra de consan. et affi. qd dilecto et de offi. lega. officij vestri. **¶** Item dispensandum non est ab aliquo prelatorum vbi status ecclesie de coloratur. xxv. q. j. sunt qui dicunt et. j. q. vii. et si illa et extra de restit. spol. litteras. **¶** Item cum eo quibus sciuntur ordinatur vel baptizatur si ignoranter. j. q. vii. saluberrimum et q. iiii. placuit et de co. di. iiii. qui bis. **¶** Item dispensare non potest episcopus symoniachus hereticus vel schismaticus cum clericis presentibus in predictis criminibus ordinauerit licet post modum ad ecclesiam sic conuersus extra de symo. c. si. vbi de hoc.

De dispensacione abbas.

¶ Dispensare potest abbas quilibet prelatus conuentualis cum subditis suis in votis quibus se abstrixerunt ante ingressum religionis. xx. q. iiii.

monacho. quidam tamen dicunt qd ipso iure regularis est absolutus a votis huiusmodi per ingressum. extra de voto. scripsit ubi de hoc. r. xxiiij. q. ij. admonere. ¶ Item abbas poterit dispensare tam cum monachis qui ante ingressum religionis incederunt in canonem quam cum illis qui post ingressum diuino modo ignoranter ceciderunt. pura facti memoriam vel iuris peritiam non habentes post iniunctam et per actam penitentiam regularem nisi factus fuerit graue extra de sente. excom. cum illorum. §. tria ubi de hoc in glo. et infra quia possunt absolueri illos qui ante ingressum incederunt in canonem et dispensare cum eis. qd maius est possunt absolueri et dispensare cum illis qd post ingressum incederunt quod minus est ut in dicto capi. cum illorum. ¶ Item in ieiunijs abis et operibus manualibus de con. distin. v. nō. mediocriter. et c. caueret. et c. nunquā extra de statu monacho. cum ad monasterium ¶ Item ut subditum faciat in causa procuratorum. xvi. q. j. monachi. ¶ Item potest recipere subditum suum quem excommunicauit eum manuali promissione sine iuramento extra de sen. ex super eo. h. ¶ Item nec summus pōtēx nec aliquis prelatus potest cum religioso in castitate vel paupertate aliquatenus dispensare extra de statu monacho. cum ad monasterium in fi. ¶ Item dispensatio semel facta non est amplius reuocanda nec iniurie remissio reuocari debet extra de fili. presbi. ex tuaybi de hoc. r. ij. q. iij. §. si illic. ¶ Item dispensatio tenax esse non debet ubi doua. cius largus. j. q. viij. erigunt de hoc habes extra de transac. ex parte in glo. b. quia semper in fi. ¶ Item notandum qd nisi subsit rationabilis causa. nullus debet petere dispensationem super ali-

quo voto quia non secus? quo ad deū si dispensetur cum eo absq. rationabili causa ar. extra de voto non est ubi de hoc in glo. si causa iusta. r. c. j.

¶ De dolo.

Dolendum est de dolo quid est dolum malum et bonum. De dolo in contractu aut extra.

¶ Quid sit dolum malum et bonum.

Dolum malum est calliditas fallacia et machinatio ad circumueniendum fallendum et decipiendum alterum adhibita. ff. r. l. j. §. j. ¶ Item est dolum bonum quem quis committit in hostem unde aplos cum essent a. l. turinū dolo vos decipi. Nam dolum aut vitium quis in hoste requirat. xxij. q. ij. vtilem r. c. iij. et xxij. q. viij. ut pridem. ¶ Item bonum dolum est qui fraudem excludit ff. de le. si l. cum pater. §. titio. unde veteres dolum bonum solertiam appellabant et preterea quis dicitur esse bone indolis. bonum dolum intus habes id est solertiam et ingenium. ¶ Tres dolum non est ex presumptionibus ex iudicis perspicuis pbari debet. C. de dolo. l. dolum et extra de concess. p̄bē. r. c. postea scrip. et de dona. Inter dilectas ubi de hoc.

¶ De dolo in contractu aut extra.

Dolum autem aut adhibetur in contractu. aut extra contractus. si in contractu ita ut det casu contractui bone fidei. hoc est quia deceptus per dolum non erat alibi contracturus nisi dolo ad contrahendum fuisset inductus ipso iure non tenet contractus si hoc velle alibi legare deceptus si autem ex eo contra-

etn velit agere bene potest. ff. eo. ti. l. ele
ganter. r. ff. de mīdo. l. in cause si vero
deceptus nefciens doli admīssus rem
tradit eandem reperit actionē de dolo
vnde ait ibi. procedit venditio vbi infir
mata secuta est traditio vel infirmā
dam per actionem de dolo. ff. cod. ti. l.
arbit. r. l. quod vēditio. r. l. si legaturus
vbi autem deceptus est als contractu
rus. si dolo alteri decipitur aut in mi
norī p̄cio contra hanc tenervenditio
sed r dolo bonus purgatur per actio
nem ex eo contractu et si minus nūmi
deceptio fit. ff. de act. empt. r. ven. l. iul.
§. si venditor. r. §. idem inf. r. ff. de dolo.
l. si quis affirmaverit sed si dolo det
causam contractui stricti iur. vel si inci
dat in contractu tenet contractus si
obstat exceptio in quantū dolo sibi
velit. sibi patrocinare dolum. C. de inu
ti. stip. l. dolo v. l. xv. q. vi. c. i. de his hēs
extra de empt. r. vendi. cum dilecti. in
glo. cum dolo. ¶ Item dolo aduer
sarij non viciat contractus in spiritua
li contractu al' secus extra de ver. sign.
dudum vbi de hoc in glo. nota hic.
¶ Item vbi dolo adhibetur extra con
tractum vt cadat in speciale nomen
maleficijs vt furri. vi bonorum raptō
rum iniuriarum non agetur actio. de
dolo. sed illa speciali que prodita ex il
lo crimine q̄ quando non subuectio
tur dolum passo in spiritualibus. r. q.
iij. constituit. Similiter nec in matris
monio extra de conuersione coniuga
torum ex parte. r. c. veniens in fine.
¶ Item dolo quandoq̄ non prepon
derat culpe extra de hīs que metu fi.
cum dilecti in si. vbi de hīs in gl. sic pa
ter sed quandoq̄ preponderat in ca
su. ff. ad. l. acquil. mēta. in prin. ¶ Item
dolo petre qui restituere tenetur sta
tim. ff. de doli. excep. l. dolo. r. l. dolo dā
re. ¶ Item qui dolo desijt possidere

condemnatur tanq̄ si possideret qz
in casu doli pro possessione habetur.
ff. de reg. iur. lege ex dolo. r. l. patrem r
ff. de reuendi. l. q̄ si dolo. r. l. si autem.
§. sed r hīs. ¶ Item dolo videtur ali
quis desinere possidere eo ipso q̄vt ab
soluatur dicit se possidere id q̄ tempo
re conte. lit. possidebat. ff. de per. habe
re nec nullum. §. hīs quod r. l. etiam.
§. ¶ Item si quis r lege. sed si lege. §.
sinautem.

De domicilio vbi quis dicitur
habere eum.

Domicilium dicitur proprie
vbi vbi quis maiorem par
tem rerum suarum possi
det r assidue conuersatur.
C. vbi senatores r clarif. ff.
l. senatores. ¶ Item dicitur quis quan
doq̄ domicilium habere vbi manet et
si nichil possideat in p̄ia illa. ff. ad mu
nicipales. l. municipales. §. miles ar. ex
tra de pro. c. vlt. vbi de hoc. ¶ Item opor
tet q̄ sit in patria per. x. annos. C. de
incol. l. sed ciues. l. r. ¶ Item domicilium
non facit sola domus possessio alicubi
comparata nisi moretur in ipsa vel es
mat eā causa habitadi. ff. ad municipi. l.
libertus. §. sola. r. ff. eod. ti. l. assumptio
de hoc habes extra de pro. in glo. b. alie
nus. ¶ Item domicilium dicitur q̄s
proprie retinere in loco vnde oriūdius
fuit. ff. de senat. l. penulti. ¶ Item do
micilium potest quis in diuersis locis
habere dummodo equaliter in vtroq̄
moretur. ff. ad municipales. l. assump
tio. §. iur. p̄uide. ¶ Item trans
latio domicilij substrahitur quis quo
ad quedam a iurisdictione prioris pre
lari nisi primo fuisset citatus extra de
parrocīis capitulo vltimo vbi de hoc
in glo. Ver. qui trans. et de foro com

peten. proposuisti.

De donatione.

De donatione videndum est. quid sit donatio. et unde dicat. De speciebus donationis. Quis possit donare et quis non que res donari non possit. Quibus casibus donatio reuocatur. De donatione sub conditione facta p[ro]p[ri]is et non personis de donatione facta propter nuptias.

Quid sit donatio unde dicatur.

Donatio est mera libertas q[ue] nullo cogente conceditur. ff. e. tit. l. j. donari. Sola autem ciuili obligatio precedens non impedit donationes eo q[uod] illa non est efficax ad agendum vel retinendum vel etiam constituendum. ff. de consti. pec. l. iij. §. j. sed naturalis sic que sufficit ad constituendum. ff. de co[n]stit. l. j. §. debitum. **Item** mera debet esse donatio quia si ex donatio necessitate fiat non erit donatio quia n[on] lib. ff. de adimendis legatis. rem legatam. **Item** in meris donationibus actio de euictione non loci habet. ff. de edil. edic. l. ad res donatas. **Item** dicitur donatio a dono quasi doni datio. ff. donati. c. mor. l. senatus. §. j.

De speciebus donationis.

Donationum alia simplex. alia ob causam. simplex est que causam n[on] habet ob causam est donatio causa mortis vel propter nuptias. Sorb. **Item** donatio inter viuos est q[ua]m rem quam dono magis volo illum habere cui dono quam me ipsum. Sed donatio causa mortis est quando rem quam dono malo me habere quam illum cui dono. Sed magis illum cui dono quam heredem meum. ff. de dona. causa mor. l. j. de hac donatione requirere in tractatu de oblatione.

Quis donare potest et quis non.

Donare non potest monachus vel conuersus q[ui] nihil habet. l. iij. dist.

abbati. **Item** nec abbas seruum ecclesie donare potest. quia nulla donatione necessaria est compensatio s[ed] videtur ecclesie duo serui eiusdem meriti et peculij. x. q. ij. ep[iscopu]s qui mancipium alio autem res cum consensu capitula vel solus donare potest. Sed t[ame]n solus donat donare rei quantitas et illius terrene consuetudo est diligentius attendenda et sc[ilicet] hoc donum est ratum vel irritum iudicandum extra de donatio. ceterum. **Item** donare non potest minor. xv. annis. C. si maior. sa. alfen. r. ba. l. vlti. **Item** nec furiosus prodigus et h[er]es quibus bonis est interdictus. ff. de modestinus. l. ff. de decurio. fur. l. iul. **Item** necis cui interdictionem alienare ut quia comisit crimine lese maiestatis vel est hereticus. C. ad. l. iul. maie. l. vlti. C. de hereti. mani. l. manichei. v. q. j. §. verum. et extra de hereti. ad abolendam. r. c. vergentis. In alijs autem criminibus post sententiam quis non potest donare. ff. e. tit. l. post contratum. r. l. donatida. §. vlti. **Item** donare non potest seruus nec filius familias. ff. e. tit. l. filius. Similiter nec pupillus sine auctoritate tutoris. ff. de acqui. rerum. dora. l. pupillus. Sof.

Que res donari n[on] possunt.

Donari non potest q[uod] in alterius domum transferri non valet. ff. e. tit. l. in edibus. §. vlti. **Item** possessores ecclesie sine consensu capli a prelato donari n[on] possunt nisi res sit modica. extra de donationibus paternitatibus. r. pastoralis. preter quinquagesima et cetera. extra de his q[ue] si. a. p[ro]c. c. pastor. **Item** que in enozem ecclesie veniunt lesionem donari n[on] possunt. extra de donatio. fraternitatem. Sed q[uod] si per plures et modicas donationes ecclesia grauiter ledatur cum nulla illarum pro se illatura sit detrimentum dicuntur quide[m] q[uod] omnes reuocari debent. ar.

ff. de iure patronatus. l. si libertus alij dicunt et melius q̄ si omnes tales donationes aggregare excedatur quiquagesimam vel centesimas illud excedens reuocari debet argu. C. quando et quibus quarta pars decurio. l. ij. vel. xij. illud eni reuocandum est quod detrimentum inducit. Sed. C. de donat. l. si quis argentum. et. xij. q. ij. si quos. z. ff. de iure patronatus. l. si libertus. ¶ Item illa donatio que summam quingentorum aureorum excedit scripturam requirit. C. de dona. l. penul. §. vlti. notat autem hec scriptura insinuatio quia si fiat in actis non est necessarius adhiberi testes cum publica sufficiant munimenta. C. eo. tit. l. in donat. alie vero donationes que infra predictam quantitatem subsistunt sine scriptura fieri possunt. C. eo. tit. l. i. extraneos. ¶ Item donationes que in priuatis a principe si utriusque partitis sint valent etiam sine scriptura. C. e. ti. sancimus. respō. i. et conuerso que sunt in principe a priuatis. C. eodē titulo. l. sancimus in auctē. ¶ Item et a priuatis. ¶ Item cū donatur pijs locis similiter valet quia in huiusmodi optima est mensura rex donatarum immēstras in autem. de nō alie. aut pernu. re. eccle. §. sancimus. colla. ij. ¶ Item perficitur donatio nudis verbis vt insitu. eo. ritu. §. perficitur consensu. autem donatoris et donatarij interueniente. alias fecus. ff. de actio. et obli. l. obligationum substantia. ¶ Item tenetur donator ad rem tradendam. insitu. eo. ti. §. perficiuntur. et. C. e. tit. l. si quis argentum. §. vlti. et si res euincatur non tenetur. donator de euicione. ff. cod. tit. l. aristo. pacto conuenit. C. eo. ritu. l. ij. vel nisi donatio a promissione inceperit vt. ff. de ver. bo. obli. ubi autem non apparet. §. vlti. ¶ Item tenetur donator in p̄tuz facere potest. i. habita ratioe sui ne ege

at. ff. de re iudi. l. sunt qui z. l. inter eos et. l. ne seruis.

Quibus causis donatio reuocatur.

Donatio extraneo facta reuocatur de ingratitudine quartus d̄ causis. l. si donatarius impias man⁹ in donationem iniecit ipsum vulnerado vel atrocem iniuriam intulerit ei vel graue damnum seu iacturam rerum suarum intulerit ei. vel insidiarius est vite ipsius propter quas causas p̄terea etiā ius ad secundas nuptias transiens donari factā s̄lito reuocare. C. de rex do. l. si hoc z in autem. de nupr. §. mar. z extra de dona. e. vti. vbi de hjs in glo. diuersis. ¶ Item reuocatur donatio facta libertis tota propter liberos susceptos post modum a patre. C. de re. do. l. si inquam z. xvj. q. vlti. e. vlti. als non reuocatur tota. C. de in offi. do. l. si totam. ¶ Item reuocatur donatio cum quis donat aliquid suo liberto z obsequiū debitum non prestat. C. de reuo. do. na. l. i. Sed tñ licet in hoc casu donatio reuocetur non tñ libertas. C. de libera li causa. l. causa. similiter reuocatur propter pacti turpitudinē extra de symo. de hoc autem. z. c. audiuius. Similiter propter dati cōmitatez. xij. q. ij. si quis irascitur. Similiter propter suspicionem fraude. xvj. q. vlti. constituit. Similiter propter superuenientem filiorum natiuitatem. xvij. q. vlti. q̄cunq̄ Similiter propter cause defectum extra de heri. coniuga. q̄ te. ¶ Item donatio perfecta non reuocatur etiaz preterito imperiali rescrip. C. de reuoca. do. na. l. si donator nisi propter culpas donatarij vt superius est expressum. Item reuocatur donatio vti rei vendicatio ne vel cōditione. existēte. l. c. de reuo. dona. l. hic solus de hoc habes extra de donati. e. vlti. in glo. b. hoc decretum. ¶ Item reuocatur donatio. z non valet si

fiat iur. ordine nō seruato. extra de do
na. pastoralis vbi de hoc. r. q. ii. si in
exceptione. ¶ Item potest donatio re
uocari si fiat per prelatum in magnis
damnis ecclesie vel per successores eius
nisi modicum de consuetudine dona
retur extra de dona. c. ii. vbi de hoc. r. c.
cetera vbi de hoc in glo. r. c. ita videtur

¶ Item reuocantur donationes facte
in filium emancipatum propter. v. cau
sas quarum quatuor continentur ex
tra de don. c. vii. vel nota. C. de reuo.
dona. l. si. vt si in parentes impias ma
nus iniecerint aut sibi atrocis iniuri
as seu graue rerum suarum damnum
vel vite periculum inferre presumpse
rit quinta est si non compleantur con
ditiones in donatione adiecte. ¶ Sed
mater que filio donauit et post modum
ad secundas nuptias transiit. ex tri
bus tantum causis donationem pote
rit reuocare. s. si vite eius insidiat^r est.
Si atrocis man^r in eam intulerit. Si
totius substantie ipsius molitus est ia
cturam. C. de reuoca. donat. l. si. in au
ren. hec quoq.

De donatione facta sub conditione.

Donatio sub conditione facta non
tenet nisi adueniente conditione
vel ea impleta. ff. de condi. r. demō. qui
heredi. §. vlti. r. l. sub condit. sit autem
donatio sub conditione ita dono tibi
hoc vel lego si feceris hoc vel illud do
natio vero sub modo fit ita. do tibi hoc
vt in singulis annis facias hoc vel illud
et hoc non reuocatur q̄dū modus ser
uatur modo illo non existere donatio
reuocari potest. C. de don. que sub mo
do est. l. q. r. ii. extra de condi. ap. verum
vbi de hīs in glo. Si quis donet. et de
donat. c. vlti. vnde vsus. Sicut quod
vt modus est si conditio quia causa.

¶ Item donatio que alienari prohibe
tur a donatore alienari non potest. In
autenti. de alicn. et permu. l. contra. §.
sanctissimos. argu. extra de condit. ap.
po. verum vbi de hoc fallit hoc in cau
sam de quo require in tractatu de con
du. vbi de hoc.

De donatione facta p̄ locis et personis.

Donatio facta de ecclesiis non va
let auctoritate religiosis locis valet et tenet
ita quod post decessum prelati cui
cas tenet minus ecessit religiosoz q̄ dū
viuunt prelati illi sine causa spoliari nō
debent. extra de dona. consultationib^r

¶ Item donatio vel concessio ecclesie
facta et non personis perpetua est et nō
reuocatur. extra de hīs que fiunt a pre
latis nos. vbi de hoc. et. c. cum aposto
lis. ¶ Item si fiat personis sine tempo
ris p̄scriptioe durabit ad eorum vi
tam. r. q. ii. §. hoc uis.

De donatōe facta post nuptias.

Donatio dicebatur olim ante nup
tias eo q̄ ante nuptias fiebat ho
die vero dicitur propter nuptias. qui
fit ante nup. et post insti. de dona. §. et
et aliud. Mulier enim primo facit do
nationem viro propter nuptias id est
constituit dotem. vir autem facit aliam
donationem vxori. C. de donatio. ante
nup. l. cum mulc. ¶ Item donatio
fit vxori a viro non indiget insinuatio
ne quā quingentos aureos excedat.
C. de dona. ante nup. autem. in eodē
cursu. q̄ proderit mulieri et non viro
quia si pactum factum fuerit de dote
donatione lucranda mulier in dona
tione lucrabitur ultra quingentos au
reos. In dote in autem eodē cur
su. ¶ Item donatio propter nup

as fit a sponso vel ab alio eius nomine
 sponse vel alij pro ea. ff. de iure. do. l. p.
 secunde. resp. d. j. §. p. si quis patri. & §. h.
 curator. & extra de dona. propter nup.
 & si necesse. & c. nuper. ¶ Item donatio
 propter nuptias inducta est vt subue
 niatur mulieri per eaz quaz soluro, ma
 trimonio per donationem prouidebi
 tur mulieri vt salua sit ei dos sua. alias
 vero sicut soluro matrimonio dos ad
 mulierem. ¶ Sicut donatio propter
 nuptias redit ad virum vel eius here
 des. C. de pact. conuen. super dote. l.
 placet. & vlti. nisi expacto. delucrada do
 reuel. donatiōe de consuetudine secus
 optineat approbata. extra de dona. in
 ter virum et vro. ca. vlti. & c. donatio. §.
 sane & de emp. & ven. puenit vbi de hoc.
 ¶ Item fructus donationis propter
 nuptias nō vro. Sed vir percipiet ad
 sustentationem sui & vrois et familie
 sue ppter onera matrimonij. suppo
 tanda extra de dona. inter viri & vro.
 per nostras & de vsuris salubriter.

¶ Item huius donatio alienari non
 potest etiam consentiente vroze nec
 currit in hoc pscriptio nisi soluro ma
 trimonio. Sicut nec in dotalibus re
 bus. C. de redo. l. in rebus. ¶ Tres alie
 donationes preter supradictas probi
 bite sunt inter vrozem et virū ne amo
 re mutuo se spoliaret. ff. de dona. inter
 virum et vrozem. leg. j. Sed hoc de illa
 donatione intelligitur ex qua donata
 rius locupletior: & donator officit pau
 perior: extra de dona. inter virum & vro
 rem donatio aliaz secus i casu vt si do
 nator efficiatur pauperior: donatarius
 autem non fiat locupletior: tunc valet
 donatio. ff. de dona. inter virum & vro
 rem. l. si sponsus. §. si marit. & §. simili
 ter. l. quod ast. §. si maritus & C. eo. t.
 si maritus. ¶ Item licet donatio inter
 virum et vro. facta pstante matrimo
 nio nō valet tamē si talis donatio ma

neat in vita donatoris eius obitu con
 firmatur extra de dona. inter virum et
 vro. donator. & C. eo. titu. l. j. & l. ij. Si fi
 at donatio causa mortis eo animo vt
 si statim efficiatur donatarius domin?
 Sed mortuo donatore tatum sine eo
 animo fiat vt statim fiat domus is cui
 dona. ff. eo. ti. l. si inter quatuor. §. j. h.
 ¶ Item hec donatio reuocatur quando
 q̄ tacite. et expresse vt si p̄monatur
 is qui donatus accepit extra de dona.
 inter virum et vrozem donatio. ¶ Itē
 tacite reuocatur per diuortium ne cuz
 socris nuntium repudiū mittat nunt
 cui donauerat vt. ff. eo. titu. l. cum hic
 status. §. si socer. ¶ Item expresse re
 uocatur hec donatio per penitentiam
 in mor. vt in predicta. l. §. j. Similiter
 si res donata alienetur. C. eo. titu. l. si
 maritus. ¶ Item donariū debetur in
 debitum. Sciēter solutum & ideo re
 peti non potest. ff. de reg. iur. l. per cr
 rorem & ff. de condi. inde. l. j. & C. eo. tit.
 indebitum. Itē donariū vt iurē ad an
 tidorum obligatus est donator. C. de
 pe. here. sed & si. §. consuluit. & vlti. q. j.
 illud. ¶ Item donatio valet si sup hoc
 consuetudo non esset.

¶ De dote quid sit et quot sint
 eius species.

Dos est quedam donatio a parte
 mulieris parti viri facta pro one
 ribus matrimonij sustinendis & est q̄si
 patrimonium mobile. ff. de vniuer. le.
 deniq. §. p̄inde. ¶ De speciebus dotis

Dotis species due sunt. scilicet p̄fe
 cticia que a patre p̄ filia ab auo
 pro nepote vel de bonis eoruz profici
 untur vel quis alius de m̄dato ipso
 rum constituit vt. ff. eo. l. perfecticia.

¶ Itē dos aduēticia est q̄ mulier dat
 pro se ipsa vel auus a patre vel aliquo
 ascēdentū sine pater siue auuncul? vel
 quis alius. ¶ Item p̄fecticia reddit ad
 patrē mortua in matrimonio filia. C.

Summa monaldi.

so. ma. l. dos. si tamen liberi extarent tunc in actione succederent quia dos est proprium matrimonii uxoris. ff. de viuer. l. deniq. §. vtrum ⁊ liberorum est p. una successio instir. de heredi. qua li. edifi. §. si autem. Si vero diuortium fiat viuente patre et filia. dos reddenda est patri et filie. ff. solu. ma. l. h. ⁊. le. post dorem vel saltem filie. c. co. titu. c. j. Si vero dos esset aduenticia tantum mulieri reddatur. ff. soluto matrimo. nio. l. quo. §. j. Quidam autem dicunt qd semper talis dos redit ad patrem in distincte. C. de re. vxor. act. l. vna. §. si ea

¶ Item si mulier non dedit sine liberis tunc dos. remanet penes liberos. ff. so. ma. l. post dorem. Si vero sine liberis decedat tunc dos redit ad patrem et hec opinio est vera. ¶ Item dos est stante matrimonio reperit in casu. scilicet cum maritus ad inopiam vergat secundum quosdam. C. de iure. do. l. nisi ⁊ in autem. de equalis. do. l. vlti. coll. vñ. vel est dos. sequestranda cum vir suus suspectus habet de dissipat. de. ff. so. ma. l. si cum dote. §. si maritus in si. ⁊ extra eo. titu. p. nostras et extra de sequestrata. vlti. sed hoc quibusdam non placet cum vxor non teneatur alere virum egentem. ff. de iure. do. l. mutus. §. manente et exponunt leges predictas non de viro qui ad inopiam vergit sed de illo qui dissipat bona sua. ar. extra eo. titu. per nostras. ¶ Item si dos est in possessionibus. i. in rebus mobilibus statim soluto matrimonio restitui debet. Si vero in rebus mobilibus tunc intra annum restituitur. C. de rei vxor. actio. l. j. §. cum autem fructus autem si ante matrimonium sunt percepti augent dorem. Si vero post cedunt viro. ff. de iure. do. l. dotis fructus. Sz si maritus impensas fecit in rebus mobilibus necessarias computabit et dorem minus vtilem reperet actione mariti

vel negotiorum gesto. voluntarias toller absq. mutatione prioris status ⁊ rerum. ff. de impen. in rebus do. fac. l. c. j. ij. ⁊. in. ¶ Item maritus non condemnatur in dote reddenda nisi in quantum potest habita ratione ne egeat. ff. de reg. iur. l. c. in condemnationes ⁊ l. sunt qui cum legibus sequentibus. ¶ Item equalitas inter dorem et donationem propter nuptias in quatuor casibus obseruatur. scilicet in constituendo in pacto de lucrando in augendo ⁊ in quantitate. Sed in hoc ultimo membro equalitas secundum consuetudines obseruatur. extra. eo. titu. ca. vlti. §. sane ⁊. C. de pact. duen. super dote. l. ex morte et in autem. equalitas ⁊ augmentus. ¶ Item si dos existimata donetur tam lucrum quam damnum pertinet ad maritum sicut ad rei emptorem nam existimatio venditionem facit. ff. de iure. do. l. plerumque ⁊ l. sequenti. ¶ Item si in existimata dote tunc damnum ⁊ lucrum rerum spectat ad mulierem propter fructus qui cedunt marito pro honoribus matrimonii supportandis de iur. do. l. p. honoribus

¶ Item lucratur maritus dote ⁊ vxoris donationes propter nuptias ex pacto continen. l. ex morte ⁊. C. de dona. ante nupti. l. vlti. §. pactum. ¶ Item lucratur ex consuetudine extra de dona. inter virum ⁊ vxor. donatio. §. sane et nota quod nisi pactus interuenerit de lucrando dorem post mortem tenet pactum siue alter moriatur siue monasterium ingrediatur. C. de episcopis ⁊ ecclesiis. l. deo nobis. ¶ Item lucratur dorem propter adulterium. extra de donatio. inter virum et vxor. plerumque etiam si consuetudo obsistat. extra de consue. ex parte. ⁊. C. de iure. do. l. si dorem.

¶ Item expedit mulieribus dotes suas saluas habere et nubere possint. ff. de dissol. matrimo. l. j. ¶ Item dotalis fundus transit cum viuente sitate. ff. de

fundo. do. l. j.

De dubio.



Abius infide quantus
ad articulos fidei spectat
infidelis est extra de he
reti. c. j. ar. rñ. q. j. omne
qd. ¶ Item dubia iter
peccari debet in deterio
rem partem quandoq; ut cum episco
pus dimissa ecclesia sua transit ad alia
presumitur quod hoc faciat ambiride
maioris dignitatis ⁊ quandoq; in me
liorem de primo. ar. extra de cleri. non
res. ca. j. vbi de hoc in glo. ambitio. De
scdo extra de reg. iur. estote vbi d. hoc.
¶ Item in dubijs est via tutior eligen
da. extra de sepul. sacris. ⁊ homici. signi
fi. ii. ¶ De duello. &.

Duellus est pugna singularis que
fit ad probationem rei alicuius
ita ut actor per hunc modum si vice
ris probasse credatur. Si vero non vi
cerit in probatione defecisse putetur ⁊
dicitur duellum quasi duorum bellus
Similiter dicitur monomachia quasi
singularis et vnica pugna amonos qd
est vnus ⁊ machia qd est pugna. ¶ Item
duellum nullus iudex offerre debet ali
cui vel oblarum recipere cum hoc fieri
non possit sine peccato. quia in eo de
tentatur. rñ. questio. v. Ita nec extra
de purga. nul. per totum. rñ. q. v. mo
nomachia. ¶ Item nec obstat exempluz
dauid pugnantis cum golia. ii. questio.
v. monomachia quia priuilegia pauco
rum non faciunt legem comunē. rñ. j.
q. ii. non exemplo. ¶ Item non obstat
qd crimen maiestatis dicitur crimen p
duellionis quasi probari possit per du
ellum sicut quidam dixerunt et male
quia crimen per duellionis dicitur cri
men hostis vel hostie. ff. de verborum
signi. l. quos nos hostes. ¶ Item nec
duellum licitum est laycis sicut quida;
dixerunt. quia cum deus tentetur in
dij; et sine peccato fieri non possit om

nibus prohibetur ut vicium est supra
nisi cum innocens accusatur de crimi
ne ad mortem qd si duellum oblarum
recusauerit. statim suspendetur vnde du
rum videtur dicere qd talis teneat po
tius sustinere suspendensq; se defendere
in bello et ira quidam distinguunt in
ter suscipientes duellu oblarum in ca
criminali et suscipiētem in causa ciuili
de rēpo. alibus rebus et dicunt qd in p
mo casu licitum sit suscipere duellum.
Sed non offerre in secundo vero casu
nec suscipere nec offerre licet quia po
tius debet quis qd licet damnum reruz
temporalium pari quam duellum sus
cipere quandoq; oblarum. Quidā
enim dicunt qd est res suas liceat layco
armis defendere et eas defendendo ra
ptores occidere. Si aliter defendere nō
posset. quare similiter non potest eas
defendere quando non ipse offerret.
Sed quando a iudice offertur vel po
tius infertur. et ideo dicunt qd hec op
pinio sit potius tenenda. cum ratio ne
non caret ⁊ qd sit benignior qd pma ne
videamur damnare omnes illos qui se
vel res suas in duellum defendunt sacer
doti autem non licet duellum offerre
vel oblarum suscipere nec in causis cri
minali nec in ciuili. ¶ Item capellani
⁊ clerici regulares. siue religiosi siue epi
scopi habentes regulā ⁊ iurisdictionem
temporalem sicut principes seculares
qui in curia regis seu alterius principis
suscipere coguntur duellum aut res a
mittere temporales ut perdere sedus
si in hīs casibus offerant vel suscipiunt
duellum vel per se vel per alios de spi
rituali mandato ipsorum aut iudicāt
incuris suis inter subditos suos aut s
stant auctoritatem spiritalem iudican
tibus peccant mortaliter secundum
quosdā et efficiunt irregulares. si mors
inde sequatur. Sed si talia sunt p yco
nōmos seculares seu balliuos vel pre

positos prelatorum et doctorum clericorum sine speciali mandato eorum dicunt quod licet huiusmodi episcopi capitula et abbas grauius mortaliter que peccent talia fieri sustinendo in curijs suis sive balliuorum suorum dissimulando cum fiant non cum incurrunt irregularitatem ex quo non prestatur super hoc auctoritatem vel speciale mandatum licet generaliter precipiant suis balliuis quod iustitiam faciant quia in tali generali mandato non intelligitur aliquid mandare de duello iudicandis offerendis vel subeundis et in huiusmodi casibus si rex vel alius princeps velit partes ecclesiasticas compellere ad duellum vel propter reusuram duellum auferre sibi bona ecclesie sue vel sua debent inuicem viriliter episcopi se iurare dicunt etiam quod omnia mala potius tollere debent et feuda et terras amittere quam tali modo consentire dicunt etiam quod in publicis predicationibus potest insinuari secularibus rusticis et plebibus duz tamen moderate et modeste et quasi per modum compassionis dicatur eis quod qui hoc faciunt non sunt instaurati saluando rui et hoc presertim in his locis ubi super hoc creditur iure ignorantia laborare quod ignorantia episcopi et abbatibus et ceteris ecclesiasticis personis non est tollerabilis quicquid sit de secularibus que dicta sunt intelligas similiter de iudicio ferri calidi et aque frigide et alijs publicis iudicijs.

Circa nec consuetudo. nec mos inuat in duello ut quidam quando mos erat crimine non erat ut. xxi. quest. iij. obicitur. Sed quedam diuina reuelatione concessa fuerunt ut de pluribus vrozibus patriarcharum et tunc intelligas illud quando mos erat crimine non erat et ideo oes peccat qui duellum offerunt sive recipiunt oblatum et si sacerdos illud fecerit. debet deponi derigore iure. extra de clericis pugnantibus in

duello. c. j. nec dispensatur cum eo si mors vel membra inutilitati inde fuerit subsecuta alias vero bene possit euz huiusmodi episcopus dispensare extra de clericis pugnantibus in duello. c. ij. sed qui suscipit inuitus iudice deserente propter periculum corporis vel rerum licet non excusetur a toto excusatur tamen a tanto propter metum. extra quod metus causa sacris et de homicidio interfecti.

De ecclesia.

Ite agendum est quot modis sumitur ecclesia: quod ecclesia romana est caput omnium. Quod ecclesia religiosa non debet clericis secularibus assignari. Quod ecclesia fungitur multiplici iure quod cathedralis ecclesia debet vocare predicatores ad predicandum et ad penitentias dandum. Quod plures ecclesie non debent simul haberi et de unione ecclesiarum et de ecclesijs edificandis.

De ecclesijs edificandis scilicet cuius auctoritate sit ecclesia edificanda et ex quibuslibet causis



Ccclesia est auctoritate episcopi constitruenda qui primarium lapides ponere debet tamen ab editore primo assignata de consecratione. distinctio. nemo. **C**item postquam quis incipit ecclesiam edificare compellitur consummare. marcys ad. v. annos ut in autentico de ecclesijs ritualis. §. si quis edificationes. **C**itez si portio siue dos fabrice depensata sufficiat ad reparationem ecclesie is qui eas recipit reparare tenetur. ij.

quest. iij. vino z. q. j. decremunt et extra co. ritu. de hñs si vero non sufficiat. tñc rector z qui beneficium habent ab ipsa ecclesia. illam reparare tenentur extra co. ritu. c. j. z. e. de hñs. z. xvj. questio. i. si monachus. ¶ Item cause propter qñs possit nome ecclesie construī qñs in p̄ iudiciū antiquaruz sunt tres scilicet temporis qualitas. vij. quest. j. tempore qualitas. Similiter incrementum populi. z. quest. vi. felix z. c. multus. z. c. p̄ cipimus. Similiter ecclesie distantia vel difficultas accessus. extra. co. ritu. ad audientiam. ¶ Item sine p̄iudicio alterius ecclesie licet episcopo ecclesias nouam construere pro sua sepultura. p̄i. quest. ii. bone rei extra de dona. apostolice. ¶ Similiter quilibet priuatus masculus vel femina potest ecclesiam siue oratorium construere sibi de licentia sui dyoce. de con. dist. i. j. vnicuiq; et z. c. si quis etiam. z. xvj. quest. ii. religio sum. ¶ Item si tota ecclesia destinatur vsq; ad fundamenta in reedificanda. nec cessaria est auctoritas dyoce. xvj. quest. vlti. si quis vult secus tamen est in edificatione ecclesiarū si non est dñra tota. c. de iudeis consuluit z. c. iudei.

De immunitate ecclesie

Uidendum est de emunitate ecclesie quid sit. z. vnde dicatur quaz emunitatem habeat ecclesia vel ministerium q̄ homines et res ecclesiastice vel manus eius. Que pena violentius emunitatem eiusdem.

¶ Quid sit emunitas z. vnde dicatur.

Ecclēsiarū emunitas est p̄ilegiū ecclesiastice libertatis personarū et rerum ad eam p̄incencium. ¶ Tres dicuntur emunitas quasi extramunia. i. munera z. officia a quibus sunt immunes ecclesie. Non em̄ subit ecclesia for-

da munera vt caldis coquēde z. harene. fodiende. sed ab hñs causa. ecclesie q̄ ipsorum p̄edia z. mancipia ipsaruz compra sunt vt. xvj. q. j. §. nouarum.

¶ Quid est ecclesia z. vnde dicatur.

Ecclēsia. i. ipse locus consecratus emunitatem habet vt nullus inde per vim extrahatur nisi in casibus si ille videlicet qui confugit ad ecclesiam sit publicus latro aut nocturnus populator agrorum qui agros militum vel priuatum de nocte populatur et ita nec a frequētata vel stratas publicas que quasi loca sacra habentur infidē agressionis obfideat z. tales potest quilibet auctoritate sua de ecclesia extrahere z. punire z. non p̄stita impunitate sicut notauit. b. xvj. quest. iij. sicut antiquitus. h̄etur. C. quando vnicuiq; licet sine iudice se vindicare. leg. j. et. h. z. exo. xvj. ca. si quis publicus latro vlt nocturnus populator agrorum z. extra. co. r. inter ¶ Item si commisit homicidium vel ad aliquod maleficiū in ecclesia ipsa tunc non debet defendi ab ecclesia cum eam violauerit. ar. xvj. q. ii. de viro z. extra de ap. an sic z. de vsuris quia frustra. indignum est enim eis ab ecclesia scandalum generari. extra ne clerici vel monachi sacerdotib; z. xvj. q. iij. frater z. extra. e. ritu. immunitatem.

¶ Tres si seruis p̄stita securitate rectoribus ecclesiarum de impunitate z. de omni genere penarum nō vult exire statim statim reddatur domino etiam inuitus. xvj. quest. iij. merentes z. c. constitutum extra. co. r. ¶ Item ea que in ecclesia posita sunt nec per furtum sunt inde auferenda et qui abstulerit eayr sacrilegus iudicatur. xvj. questio. iij. sicut quisquis. Sed quid de iudeo vel pagano vel excommu-

nicato si confugerit ad ecclesiam num-
quid defendet ab ecclesia a mutilatio-
ne vel morte. respōdeo satis credo q̄ sic
de pagano. et iudeo. de excommunicato
autem dubium est quia cum sit ex-
tra ecclesiam numero et merito et ma-
gister peccauerit in eodem genere pec-
cati q̄ iudeus vel paganus quia meli⁹
est inani marri ⁊c. aliud etias secundū
quosdam. quo ad hoc de illo ⁊ aliud de
iudeo ⁊ pagano dicendum est tñ quod
idem debet esse iudicius de vtriusq̄ de in-
re consuetudinem tamē religionis ap-
probaram quo ad hoc sequi debemus
¶ Item nullus mortuus infra ecclesiā
sepelatur nisi episcopus. v. abbares aut
digni presbyteri vel fideles layci. xlii. q. i.
si. nullus fideles autem laycos intelli-
gunt quidam qui faciunt miracula alii
tamen intelligunt de quolibet layco si
deli ita tamen q̄ eius fides et bonitas
sit manifesta. ¶ Item in choro ecclesie
non moventur layci cum clericis. extra
de vita et bone. clerici. c. i. et de conse. dis-
t. ii. sacerdotes. ¶ Item ecclesia ius secu-
lare habitaculum non conuertatur si-
cut nec vasa nec vestimēta. nec cetera or-
namenta debent polliri in nuptiarum
coniūtijs. vel alijs secularibus vsibusue
transgredientes sentiant rōtionem que
balthasar percussit. Danie. v. et de conse-
cra. dist. i. lingua. et in. r. c. sequenti.
Si tamen legatus apostolice sedis vel
archiepiscopus reciperetur ab episco-
po vel capitulo alicuius ecclesie vel mo-
nasterio bene possit ornari domus ec-
clesiastica in qua reciperentur corone
et ornamenta ecclesie. ¶ Item ecclesia
nō pōt vendi p̄p̄t aliquā necessitatem i
autem. de alic. emphi. §. et quoniam. et
§. item in domibus ecclesiarum et mul-
to magis i ecclesia placita secularia nō
sunt fauenda maxime de causa sangui-
nis. extra. eodem titulo. c. i. et. c. ecclesia
¶ Item ludi rēcarrales cum laruis et

similibus in honestis in ecclesia fieri p̄-
hibentur. extra de vita et bone. cleri. cū
decorem. ¶ Item eandem immunita-
tem habet cymiterium q̄ habet eccle-
sia vt eisdem capitulis colligi potest nō
si in duobus casibus id scilicet laici mor-
tui bene possunt in cymiterio sepeliri
cum clericis et viuentes possunt stare
simul cum eis siue adorandum siue ad
officiū sepulture. ¶ Item emunita-
tes iste que predicte sunt videtur q̄ de-
beant intelligi de ecclesijs consecratis.
xvii. q. iiii. si quis inuentus. et. xxx. q. iiii.
que semel et de cōsecratione dist. in cō-
ne. i. lingua. tamē propter magnum pe-
riculum q̄ inde sequeretur cum pauce
sint ecclesie consecrate respectu aliarū
et quia ex hoc honor ecclesie vilesceret
et muneretur deuotio laycorum exp̄s-
sum enim est hodie de non consecratis
extra eodem. titulo ecclesie dum tamen
edificate sint auctoritate dyocefanoꝝ
in dyocefibus suis. argu. extra de reli-
do. ad hoc. ¶ Item nunquid priuata
oratoria que homines in suis domibus
habent hac emunitate gaudebunt vt i
auctori. de ecclesiasti. ti. §. si quis in sua
domo et. §. si vero col. ix. et extra de cō-
si. c. vlti. et dicendum q̄ non. ¶ Item ec-
clesia interdica sicut et clericus inter-
dictus ⁊ suspensus retinet priuilegium
immunitatis predicte vt. lxxi. dist. i.
dictum. ¶ Item palatium episcopi ha-
bet eandem immunitatem quo ad cō-
fugientes ad ipsum vt ibi defendatur.
iuxta formam predictam. xviii. q. iiii. in cō-
sultuimus maxime secundum quos-
dam quando palatium est iuxta ecclesi-
am. argumen. rli. distinctio. episcopus.
¶ Item ecclesia defendit ad se consu-
gentes quantum ad mortem et murti-
lationem membrorum. vnde recepta
ydonea cautione super vitaz membris
reddet eos puniendos in pecunia vel i
rebus.

De emunitate ecclesiasticorum personarum.

oratione dominica q̄ alia consueta. extra de sententia excommunicatio. a no bis. ij. §. viii. et tunc iudex dicat hec verba vel eq̄pollentia auctoritate qua fungor absoluo te a vinculo excommunicacionis vel specialiter ab obligatione qua obligatus es. pro tali facto vel a tali iudice. argu. ij. q. vj. §. diffinitiva nec approbanda consuetudo quorundam sacerdotum dicendum cum absolunt ab solutionem et remissionem excommunicationis et omnium peccatorum tribuat tibi omnipotens deus vel similia verba que potius sunt verba orationis quam absolutionis non tamen iuramento et alia solemnitas in absolutione obseruata. Est tamen de substantia absolutionis. Sof. ¶ Item quantuncumq̄ iuret excommunicatus stare mandatis ecclesie nisi specialiter absoluarur nō est sibi ab aliquo communicandus extra de sententia excommunicationis. cum desideres vbi de hoc. ¶ Item si excommunicatus postq̄ absolutus est non satisfaciatur reducendus est per iudicem in excommunicationis edictum ne crimina maneant impunita. non tamen ipso iure incidunt in excommunicationem. extra de officio ordi. significauit. vbi de hoc. ¶ Item delegatus potest vti q̄ ad annum vel etiam vltra absolueri in casu. excommunicatus ab ipso. quia tantum durat iurisdicctio eius. extra de offic. delega. conquerenti vbi de hoc in glo. Sed queritur. ¶ Item excommunicatus excommunicatione maioris absolui potest a suo cōfessore. existens excommunicatus secundum quosdam de alijs peccatis dummodo non sit in nota pendente absolutionis a iudice nec timeatur quia negligētor fiat ad. perēdam absolutionem super huiusmodi excommunicatione propter absolutionem impetratam de alijs peccatis potest enim suus confessor absoluerē ip̄s.

et postea iudex qui excommunicauit absoluet de excommunicatione sicut quādo episcopus retinet sibi absolutionē de aliquibus criminibus. Sacerdos tamen parochialis potest consentite absolueri de alijs postea episcopus absoluet de illo. q̄ sibi retinuit et tunc huiusmodi particulares absolutiones faciet vnā integrā quia vna preparatoria est ad reliquam et in hoc casu communicare potest confessor taliter excommunicato sicut communicatur in reptione iuramenti q̄si absolutionem regularis tamē nec si prius absoluetur ab excommunicatione. et postea a ceteris peccatis et hoc seruatur de consuetudine generalitatis q̄ securius primus tamen est benignius licet nō teneatur confessor absolueri ipsum de alijs peccatis nisi ab excommunicatione absoluarur prius. Rñd. ¶ Item si aliquem absoluo de eo q̄ possum debeo ipsum certificare de errore meo et cōsulere q̄ faciat se absolui ab eo qui potestatem habet.

De excommunicato maioris excommunicatione tui interdictatur introire ecclesiam.

Excommunicatus maioris excommunicatione interdictus et suspensus ab ingressu ecclesie nullo tempore debet ecclesiam intrare nisi causa predicacionis cuius episcopus vult predicare nec extenditur ad alios predicatores. ista licentia conuocandi tales in ecclesiam secundum quosdam argumēt. rñd. q. iij. vñ. cum propria. et de sententia excommunicationis cum vilitate vbi de hoc. Rñd. ¶ Item excommunicatus publice intrans ecclesiam debet moneri vt exeat. q̄ si non exeat. omnes alij dñt exire. rñ. qd. iij. sicut apostoli. nisi sacerdos missam inceperit. quia tunc officium

non debet dimittere in expletum magis esse parvidentur quam agere in hoc casu. vii. q. j. nichil quidam tamen dicit quod si sacerdos nondum canonem inchoavit et excommunicatus mortuus non vult exire debet et potest dimittere officium in expletum. xxiij. q. j. omnis qui Sivero canonem iam incepit terminato canone et consumptis corpore et sanguine iesu christi amplius in missa non procedatur excommunicato presente. De consec. dist. ij. relatum. Si possit a iurisdictione habente vel per brachium secularare talis excommunicatus excludi etiam violenter commendabile esset propter paternitatem et sinceritatem suam.

Item excommunicato intrare claustrum vel domum alienam propter hoc non tenentur alij exire secundum quosdam cum etiam nouerit istud. Sed. b. notauit. xi. q. iij. excommunicatos. **I**tem scholares qui habent excommunicatum focium in domo non tenentur exire. Sed possunt remanere in eadem domo dummodo non edicent ei in cibo et in potu vel loquela. et possunt etiam huiusmodi seculares agere contra talem. quod vel exeat de domo vel faciat se absolui.

Item si hospitatus sum in domo aliqua et superueniat publice excommunicatus et ingerat se ad mensam mecum tunc teneor surgere de mensa non obstante quod ipse vel alij scandalizentur inde. Si tamen esset excommunicatus occulte tunc non teneor surgere si hoc non possim sine nota eius non tamen teneor exire de domo in qua receptus sum. excommunicato superueniente dumtamen possim habere separatim locum ita quod non oporteat me in aliquo communicare sibi. Si tamen non timeo ex hoc scandalum aliorum.

Similiter licet sciam aliquem publice excommunicatum receptum in aliqua domo nichilominus possum ibi recipere hospitium dumta-

men habeam separatim. Ita quod non obligat communicare sibi alias non. Similiter si veniam limitatus vel citatus ad aliquod festum vel epistolam et inuenio ibi aliquem publice excommunicatum recedere teneor. ex quo non teneor ibi epulari quod dum excommunicatus est ibi licet sedeat ad aliam mensam quod ego quia omnes taliter immutari aut etiam sine immutatione conuenientes ad huiusmodi epistolam vel festum simul in uicem communicare dicuntur siue commedant in eadem mensa siue in diuersis.

Item si excommunicatus occulte intra ecclesiam non tenentur alij exire nisi illi soli qui sciunt. dummodo ex tali exitu ille non prodatur quia occultus in occulto. et non publice debet vitari tamen in occulto caute mouerit creat. vi. q. ij. si tamen ex extra de sen. ex. an non ab homine. ubi de hoc in glo. et nota quod cito. peccat cum excommunicatus ecclesiam intrando occulte et aliorum communioni se ingerendo. licet quidam contrarium sentiant de occulto.

Item excommunicatus minori excommunicatione potest ecclesiam intrare et audire diuina pretermittam eo quod a sacrificiis tamen modo est exclusus securius tamen facit secundum quosdam si abstinat ex deuotione antequam sit absolutus. Quidam tamen dicuntur quod committere poterit interesse dum tamen ibi non edicet. quia audire missam non est percipere sacramenta a quibus solummodo est exclusus. extra de clerico ex. m. c. vlti. pacem tamen non debet recipere cum alijs post agnus dei quia osculum illud succedit loco communionis. b. tamem notauit. xi. q. lvi. si inimicus quod etiam ab introitu ecclesie separatus est quod quidam non credunt. Respon. Similiter interdicti et excommunicati non prohibentur audire horas que dicuntur extra ecclesiam. ut in domo vel in via. sed

que dicuntur in ecclesia tantum eius de hoc non caueatur in aliquo iure et ideo interdicti intrare possunt ecclesiam siue interdictas siue non interdictas. et ibi orare priuata oratione tempore generalis interdicti quia non inuenitur alibi tantum vel prohibitus ne in ecclesia interdicta oraretur ab aliquo priuata oratione nisi sit excommunicatus maiori excommunicatione, vel ab ingressu ecclesie interdictus.

De participante scienter excommunicato in casu nō cōcesso.

Excommunicato participans in casu non concesso scienter et sponte moraliter peccat s; iuris peritos. maxime si ex tali participatione scandalizatur fideles et ille excommunicatus suum in de fauorem in excommunicatione persequerandi. xi. q. ii. excellentissimus. Nam talis est excommunicandus. xi. q. ii. excellentissimus in fi. et. c. vlti. et. c. si aut. et extra q; metus causa sacris. et de excof. exceptionem et taliter communicans absolui debet ab episcopo vel pro prio sacerdote extra de sen. ex. nup. circa finē. Item excoicatus est qui scienter et sponte participat excoicatis a papa et ipsos recipit ad diuina et a solo papa debet absolui. extra de sen. ex. si. gm. vbi de hoc. Item qui participat alias q; in crimine cum illis qui excoicati sunt cum omnibus participantibus si bi excommunicatus est maiori excommunicatione secundum quosdam. extra de sent. ex. cum nuper. vbi de hoc. et c. q; in dubijs nec tamen aggravatio talis sententie extenditur ad personas exceptas. xi. q. ii. quoniam multos secundum quosdam nisi hoc a proficiente in sententia exprimat. Sed ad alios solos qui ante aggravationem huiusmodi minorem incurrerant a participati one tali alij dicunt q; aggravatio talis

sententie extendenda est etiam ad participantes in abo locutione et similib; argu. extra eo. sit. quod in dubijs in fi. et etiam extendenda est ad illuz qui recipit munus scienter a taliter excoicatus secus si ignoranter. et debet tale munus extendere in pios vsus si hoc non vult facere renittat ad illum qui dedit in deteriorationem excommunicationis. ff. d. Item qui participat in crimine excommunicato impedendo ei alias consultum auctium vel fauores fauor autem intelligitur quantum ad hoc cum ipsum hoc defendit vel fouet quod est communicare in crimine criminoso excommunicatus est eadem excommunicatione cum eo. et ab homine non a iure. et pro absolutione habenda. ad excommunicatozem vel eius su; prior; em debet remitti. Sed si hoc difficile fuerit et aliqua iusta causa. tunc cōceditur indulgēdo prestita eandē iura forma ecclesie q; excommunicato; ris mandato parebit a suo episcopo absoluetur vel a proprio sacerdote. extra de sententia excommunicationis nup. §. i. et. §. vlti. et. c. si concubine. Item dicendum q; excommunicationi tertio am personam non transit. xi. q. ii. quoniam multos. Item excommunicato participari non debet. etiam si excoicacione in modum exceptionis p; data ille infamatus est extra de sententia excommunicationis cum desideres §. secunde. De hoc habes extra de ordi. cogni. cum dilectus. in glo. quia ad hoc Item si aliquis presumat excommunicare illum qui habet priuilegium. q; excommunicari non possit. et aliquis postea participet cum excommunicato non cadit in excommunicationem. quia si ego excommunicari nō possum nec alius potest excommunicari si communicat mecum. extra de priuileg. quāto. vbi de hoc in glo. et sic patet.

In quibus causis quis potest excommunicato participare.

Excommunicato participare quis potest in his que in istis versibus continentur. vtile lex humille resigno rara necesse. Hoc anathema quidam faciunt ne possit obesse. extra de sen. ex. cum desideres vbi de hoc in glo. nisi in casibus possim ergo loqui cum excomunicato pro salute anime sue. rj. q. ij. cum excomunicato extra de sen. ex. cum voluntate. §. predicatores. r. r. Si licet possit et loqui pro utilitate mea: q. in magna et arta necessitate. vbi non possem habere copiam sui peritorum non caperet dilationem possem consilium querere ab excommunicato tam de re spirituali quam de temporalibus casibus enim necessitates in casibus excusat. rj. q. ij. quoniam multos. extra de sen. ex. sententie pro quanta autem necessitate vel utilitate liceat querere huiusmodi consilium ab excommunicato limitandum est arbitrio boni viri.

Item participare possunt excommunicato omnes ille persone que continentur in illo. c. rj. q. ij. quoniam vix filios suos ancillas mancipia clericos seruientes ignorantibus oratores peregrinos viatores elemosinarios multos. **I**tem possunt petere ab excommunicato rem meam que mihi debetur extra de sen. ex. sententie. **I**tem si excommunicatus propter necessitatem petat hospitium vel alimenta vel vestimenta et alia necessaria sine quibus homo bene vivere non potest et maxime si alienigena vel indigena est non tenetur hijs a quo propter petat expectare donec ab alijs omnibus sit repulsus imo debet ei misericorditer subuenire. Secus tamen esset si peteret securum vel fossorium vel aliud quod non esset necessarium multum ergo tanta posset esse necessitas quod hijs etiam subueniri possit ei que necessitas arbitrio boni viri limitanda est. r. **I**tem licet vix excomu-

nicarum inuitet ad comedendum non potest vix cum excommunicato comedere in eadem mensa. potest tamen in alia mensa comedere remota a mensa excommunicati ita quod in merito dici potest diuerse mense in eadem domo secundum autem. b. pater tenetur vitare filium excommunicatum nisi ab eo necessitate compulsus reciperet alimenta filii tamen patrem vitare non debet maxime si non esset emancipatus. Similiter licet seruient excusetur in eo quod communicat domino suo excommunicato non tamen excusatur communicando excommunicatis quibus communicat dominus suus. et ideo intelligas de similibus qui sunt de familia dei sui excommunicati. hoc tamen non est extendendum ad vassallos ne sit contra illud. xv. q. vi. nos sanctorum. r. c. iuratos. Similiter nec est extendendum ad clericos quia tenentur preclarum vitare excommunicatum rj. questione. v. c. i. nisi clericus talis sit de familia prelati. Similiter cum monachi sint quasi de familia suorum abbatum si communicent excommunicatis abbatibus excusantur quod quando paterfamilias excommunicatus est non tenetur eius familia ipsum vitare extra de sen. ex. si vere vbi de hoc. **I**tem predicatoribus possunt ab excommunicatis vel raptoibus et aliarum rerum detentoribus elemosinas recipere tanquam bonorum negotiorum gestores eo quod in predicari omnibus et in confessionibus suis quasi gerunt negotium spoliatorum extra de sen. ex. voluntate. §. i. vbi de hoc in glo. quasi negotiorum si nichil proficiant taliter predicando. quod cum spectant probabiliter vix pro defectu elemosinas recipere possunt alio non. nec comedere debent ad eandem mensam cum eis. Si vbi prouidere possunt. r. **I**tem quando quis transit per terras excommunicatorum potest ab eis mere necessaria si

hi excommunicatis nauibus possunt peregrini participare postquam sunt in eorum nauibus cum dolore tamen et sub spe penitentia. quia non debet nauulum perdere quem dederunt. extra de sen. ex si vero ubi de hoc. Item secundum b. nec elemosina nec hospitium recipi debet ab excommunicato nisi propter necessitatem non tamen restringendum est. hoc ad exenia per litteras enim et nuncios et exenia potest quis excommunicato communicare. Item secundum b. Si magistratus potestas vel alius iudex seu bailliu eorum excommunicati sunt et vocati sibi subiectos seu alios qui sunt de foro ipsorum in ius coram se ire tenentur predicte persone ad respondendum coram eis. Et etiam in casu necessitatis iniuriatores et spoliatores suos conuenire coram talibus possunt ne alii aperiantur via predonibus aliis malis et in talibus possunt predicte persone iudici excommunicato communicare. Item b. cum vassalli absoluti sunt a sacramento fidelitatis quod diu excommunicatus est dominus eorum debent ab eiusdem participatione abstinere sicut ab aliis excommunicatis maxime quando sententia excommunicationis contra ipsorum dominum fuerit aggravata et precipitur vassallis in penam domini sui quod non obediant ei et tunc primo debent cum vitare secundum quosdam tenentur tamen tributa et debita reddere domino suo excommunicatione non obstante secundum quosdam. xv. q. vi. alius. et c. nos sanctorum. et c. iuratos. Item si episcopus excommunicet aliquem ratione criminis vel cum omnibus participantibus sibi postea communicet eundem etiam in crimine non est propter hoc excommunicatus maiori excommunicatione. Sed minori tantum quia nullus sua sententia potest ligari unde cum

tales excommunicati sunt a iudice. non a iure non incurrit episcopus excommunicationem maiorem sed minorem tantum que est a iure ar. extra de sen. ex. nu per bone fidei. Item qui excommunicato participat propter metum quod potest cadere in constantem virum non esset excommunicatus extra quod metus causa sacris. et l. di. presbiteros circa medium. Idem est si quis communicet excommunicato ignorantem dummodo non sit crassa ignorantia vel supina extra de derico ex. ni. apostolice. Item si audiui a fide dignis excommunicatum esse aliquem ex occulto facto siue publicatione sententie qui ex ignorantia non credit esse peccatum quod se ingerit communioni hominum. tunc quis non tenet inquirere de facto eius. vel communicare teneor instruere enim ne se ingerat communioni hominum: si sit excommunicatus. Si autem publica fama est aliquem esse excommunicatum ex facto occulto contra quem non est publicata sententia super hoc non teneor talem vitare nisi tunc demum cum super hoc casu fuerit se purgare vel in purgatione defecerit in hoc casu loquitur extra eodem titulo cum desideres. §. scde questionar. extra eodem titulo ad hoc. et c. si vero. h. et extra de hereti. ad abolendam. Item si teneor aliquid solvere alicui sub iuramento qui postea excommunicatur non teneor solvere quod diu est in excommunicatione quia subintelligitur tacite iuramento vel obligatione si talis permanserit tibi licet communicare. ar. xv. q. h. ne quis arbitretur. Dicit tamen quidam quod si ex auaritia non ex zelo iusticie differo soluere pecco quo ad dominum licet non soluiar quo ad ecclesiam possum tamen deponere in eade sacra vel ire cum testibus ad domum creditoris et dicere sitis michi

testes q̄ pono hic pecuniam quā huic debeo vel cam numerare vrozī sue vel filio vel seruo accipiēti nomine ipsius et ipso presente z sum liberatus. Ray. Similiter non est vendendū aliquid excommunicato. nec etiam scriuēti eius si vendat vel emat nomine excommunicati. Secus tamen si seruus excommunicati emat vel aliquid faciat nomine suo. dum tamen nō fiat funis canonici vt aliud agatur z aliud simuletur. Similiter si quis assurgat vel reuerentias exhibeat excommunicato aut inclinat se salutanti eum. aut moueat labia quasi salutans euz cum michi dicat. nec obsequium corporalis ministerij faciat cum; pene restringēde sunt non extendēde ex hoc solo non incurritur mīno: excommunicatio valet maior. sicut excommunicatus cum comunicantibus sibi quia hoc facere non est ei communicare nec alicubi prohibetur. R. ¶ Item qui excommunicationem opponit spēciem ipsius z nomen excommunicationis exprimere debet extra de except. qz. ¶ Item qui excommunicationem opponit probare debet eam infra. viij. dies. die qua proponitur non computata alioquin condēnabitur in expensis z ultra duas vices non debet opponi extra de exceptionibus quia pia.

¶ Quando quis excommunicatus vitare tenetur.

¶ Excommunicatum quis vitare tenetur cum vider euz verbare clericū in casu non concessio vel religiosam. personam vel audiuit ferri excommunicationis sententiam. contra eum vel cum aliquis dicit se in publico excommunicatum esse vel cum prela-

tus eius et maxime ordinarius sen archidia. secundum quosdam vel sacerdos proprius dicit se excommunicasse subditum suum. sic tamen si subditum alicuius auctoritate delegata qz tunc non crederem ei nisi ostēderet de legatione. Similiter cum publicasse fama. q̄ aliquis sit excommunicatus. alis propter leuē famam aliquis non debet vitari extra de sen. ex. cum desideres. §. h. z. xxij. questione. v. hoc videtur vel cum notorie fecit aliquis aliud propter q̄ incidit in excommunicationem maiorem. tunc. n. nō solum si publica fama est vt dictum est. teneo: euz vitare. Sed etiam si audio a fidedigno vel a fidedignis. qui audierunt euz denunciari excommunicatum in ecclesia: vel viderunt eum notorie fecisse aliquid propter q̄ incidit in excommunicationem teneo: cum vitare tam in publico q̄ in priuato donec inquisuero super hoc plenius veritates. Si tamen per alios certificare possum. super hoc quia ex quo agitur de publica vel notoria excommunicatione possum rimere in hac parte ne labores ignorantia causa que nō excusat. sed si nō possum certificari p̄ alios: quia forte sunt boni. et excommunicatio fuit publicata Rome tunc non vitabo ipsum in hoc casu. Sed tamē teneo: ab eo in hēre si probabiliter credo q̄ dicat michi veritates et maxime si credam q̄ laborer ignorantia iur̄ alis non teneo: presertim si credam q̄ huius interrogatione scandalizetur. Si autem audiui ab aliquo fidedignis excommunicatum esse aliquez ex occulto facto absq̄ publicatione sententie non teneo: ab alijs inquirere s̄ nec ab ipso nisi sit talis q̄ credatur laborare ex ignorantia quia nescit esse peccatum q̄ se ingerit communioni hominum z tunc q̄uis non teneat inq̄

rere defecto eius, vel excoꝛdicatione teneor tamen instruire eum ne ingerat se coꝛmuni homini si sit excoꝛdatus. Si autem publica fama est aliquē esse excoꝛdicatum ex facto occulto contra quem non est publica sententia si per hoc non teneor vitare tales nisi tūc demū est super hoc recusauerit se purgare vel in purgatione defecerit hoc ca. si loquitur extra eodē titulo cū desideres. §. secunde questionē. ar. extra. eo. r. ad hoc. r. c. si vero. d. r. extra de heretic. ad abolendā ver. qui vero. quia si defecerit in purgatione inutilis est tal purgatio extra. c. j. de purga. cano. ibi p. in nocē. r. si est inutilis per consequēs nulla r. pro non purgato habendus est q. nichil inutile equiparantur tex. in. ca. de multa de concess. preben. extra. r. glo. approbata. in probe. decre. super p. bo. eareus debet ergo talis purgand⁹ talem purgationem subire que oimode sibi utilis sit secundū ea que habentur per totum titulum de purgati. canonica fin tamen qualitate purgationis faciē de. ¶ Item si audiui aliquē publice excoꝛdicari parisiis. vel vidi p. iniectionem manus incidere in canonē r. post annū vel biennū. videā eus bonos. si est homo bone consuetudinis tūc seruabat excoꝛdicationē r. modo non seruatur vel dicit se absolutū postius credere probabitur q. sit absolutus r. ei coꝛmunicare ar. extra de offi. ordi. ex parte. Secus si non esset homo bene consuetudinis quia non seruabat tūc nec modo seruatur consuetudinis. b. m. notauit. v. q. j. quoddā q. quando solus scis aliquē esse excoꝛdicatū non teneor eū vitare in publico sed in occulto tūc: posset tū benign⁹ dici q. si postius facile probare bonos. excoꝛdicationē quā audiui parisi⁹ publicari quia forte habeo ad hoc testes vel instrumenta teneor eū vitare publi

ce vbi inuenio eum Si autē probare non possum non teneor ipsum vitare publice nisi in eades dyocesi in qua audiui sententiā publicari. ar. extra q. matrimoniu accusare possunt cum in tua. ¶ Item si quis in confessione michi dicat se excoꝛdicatū non teneor eū vitare secundū quosdā etiā in occulto q. nescio hoc vt homo. sed vt deus extra de offi. ordi. si sacerdos. alioquin odiosa redderetur confessio. si talis confitens vitaretur secus tū si extra sigillū confessio nis hoc dicat alii tamen dicunt contra ar. vj. q. vj. Si crimen vbi notauit. b. q. seruandum est q. ibi dicitur siue episcopus sciat per confessionem siue alio modo crimen subditi sui. Si autē excoꝛdicatus extra sigillū confessionis dicat michi: se esse excoꝛdicatū scilicet omnes teneor eū vitare in occulto non in publico nisi sit excoꝛdicatus publice. ¶ Item periculosus est excoꝛdicato si non vitat alioquin si ab aliis nō vitetur q. in vno. patitur. in alio vero agit. extra de clerico ex. m. illud in fi. ¶ Item qui participat excoꝛdicato non potest ei postmodū excoꝛdicationes obijcere vel ipsum denunciare est cum non duxerit euitandus extra de sen. ex in presentia r. de clerico ex. m. p. posuit

De excoꝛdicatione minor.

Excoꝛdicatione minor quādoq. contrahitur a iure per coꝛmunionem excoꝛdicati excoꝛdicatione maiori in osculo orone r. sicut et de sen. ex. imp. vnde vsus. Os orare vale eō in sa. sic garur. Cōs infligit ab hōie iurisdictionem habēte vt. v. q. j. c. ij. r. questione. ii present. c. de offi. ordi. cum ab ecclesiā et de sen. ex. com. si q. vbi de hoc in glo. sic ergo patet vnde predicta excoꝛmuni

nicatio minor: separat a sacramētis ecclesie. in. quest. iij. engel. trudas. b. tamē dicit q̄ sperat ab ingressu ecclesie Qui dam tamen dicunt q̄ non quia potest talis interesse misse vt supra notauit.

¶ Item excommunicatus minori excommunicatione agere potest et eligere sed non eligi quia non separat a cōsione fideiium notandum est. de suspēso q̄ nō separatur a collatione sacramentoz quia raliiter excommunicati se inuicē absoluerē possunt quia minor excommunicatio a collatione sacramentoz non priuat. ar. extra de senten. excom. duobus vbi de hoc in glo. sed poterat et de cler. ex. mi. ca. vlt. vbi de hoc. i glo. sed contra supra. **¶** Tūc licet tam a maiori q̄ a minori excommunicatio a iure lata possit quis absolui a suo episcopo vel proprio sacerdote nisi conditor canonis reseruet sibi absolutionem. extra eo. titu. nup. b. tamē notauit. xj. q. iij. si inimicus q̄ excommunicatus minori excommunicatione propter locutionem et orationem in simili a simplici sacerdote proprio possit absolui propter peccatum mortale q̄ est ibi extra eo. titu. nup. et q̄ metus causa sacris. Qui dam tamē dicunt q̄ quilibet sacerdos a minori excommunicatione absoluerē potest licet non possit absoluerē a peccato mortali ibi contracto nisi sit proprius sacerdos. prima tamē sententia verior est. vt in dicto cap. nup. Sed beneficii illius capituli nup. non est extendendum secundū quosdā ad illos qui excommunicati a maiori excommunicatione propter participationem in crimine. s. quando aliquis excommunicatus est cum cōcatoribus suis sicut solet fieri eum sententia aggrauatur. quia licet magis peccet qui p̄cipiat in crimine q̄m qui p̄cipiat loquendo et orando cum primus legatus est sententia iur.

Secundus autem sententia hominis. p̄ca h̄mōi sententia accessoria est p̄cipalis et ideo ab eodem relaxanda.

¶ De exceptionibus.

¶ Tūc videndum est de exceptione. Quid sit exceptio. Que est diuisio quando debet exponi. De exceptione et cōmunicationis. Quis possit excipere. et quis sit exceptio effectus. Exceptio peremptoria est actionis exclusio. ff. de exceptio. j. ij. **¶** Item exceptio dilatoria est iudicis vel actoris repulsio. ff. de except. pastoralis et ap. secundo requir.

¶ Que sit responsio exceptionū.

¶ Exceptionum alia peremptoria. alia perpetua. alia temporalis. alia anomala. **¶** Item exceptio peremptoria semper obstat agētī et perimit actionem vel saltem intentionem excidit vt exceptio metus. doli mali rei iudicate pacti conuenti perpetui q̄ si pactum de non petendo est ad tempus exceptio que oritur ex hoc pacto non est peremptoria. sed dilatoria nisi. de excep. §. appellatur. **¶** Item dilatoria quedam sunt dilatorie iudicij vt exceptio cōtra rescriptum contra libellum et similes vt. ff. de excep. l. ij. in fi. **¶** Item quedam sunt dilatorie solutionis vt exceptio pacti conuenti temporalis. ff. de excep. l. iij. ij. **¶** Item exceptio perpetua est que perpetuo cōpetit quodocunq̄ actor agit temporalis vero est illa que non semper competit et evitari potest et hoc expirat anno elapso. ff. de excep. §. temporalis et extra de rescrip. plerumq̄ et de offi. ordi. p̄. ff. **¶** Item exceptiones anomale sūt ille per quas contenditur iudicium resorsuisse nullum sicut est exceptio per quam probatur nihil retro actum esse puta quia a non suo iudice. xj. quest. j. ca. et c. placet. Similiter exceptio de falso procuratore extra de procura. in no

fra vbi de hoc in glos. Similiter si aliquid donetur ab eo qui donare non potest. extra de iure patro. quod autem. vbi de hoc in glos. sic ergo. Similiter si aliquid donetur alicui non potest recipere require. extra de clerico ex. ani. potestulasti. et de eta. et quali. bone. z. C. de inoffi. testa. fratres unde predictæ exceptiones faciunt nullum retro fuisse iudicium et non sequuntur naturam vel regulam aliarum exceptionum quia locum habent ante litem contestatam. et post et ante sententiam et post et ideo an normale dicuntur.

Quando exceptio peremptoria dicitur proponi.

Exceptio peremptoria proponi potest ante sententiam et antequam sit in causa conclusum. et potest protestari de hijs ante litem contestatam. et etiam in causa appellatōis opponi potest extra de lite contesta. excep. vbi de hoc in no. et de prescrip. auditis. et de testi. c. de testibus. et. C. sententiam rescind. pos. l. h. Item quedam peremptorie post sententiam opponi possunt et probari vt est exceptio falsi procuratoris. extra de procu. in nostra. Similiter exceptio falsi procuratoris. extra de fal. super eo et de similibus. Item potest aliquis opponere et probare litem contestatam. perempt. per exceptionem in tribus casibus. primo si de ipso negotio sit iudicatum. Secundo si de hoc ipso sit transcriptum. tertio si sic finitur iureiurando. extra de hie contesta. c. vno. de hoc habes. extra de testibus. c. de testib. in gl. sic patet. Item exceptio dilatoria maxime ad iudicem recusandum debet primo proponi. argu. extra de proba. quoniam quia si eis scienter omissis ad alia quis procedat videtur in iudicem consensisse. C. de exceptio. l. vlt. verumtamen

si ex ignorantia exceptiones huiusmodi omittantur etiam post sententiam locum habent quandoque si a non cōpe. iud. l. h. et vlt. extra de sen. et re iudica. ad probandū. Item opponēde sunt dilatorie et etiā probande aī lit. cōdest. extra de sen. et re iudi. inter monasteriū et de excep. pastoralis q: si qd exceptio nem dilatoriam proponit post litis ingressum puniri debet in libra auri. C. de excep. l. si quis aduocatus. Item dilatoria solutionis aī lit. cō. d. s. proponi sed probanda est postq̄ actor fundauerit intentionem suam. C. de proba. excep. l. iii. q. vi. exceptiones. Sed si dilatoria incipiat cōpetere de nouo runc post litem contestatam potest opponi. ff. de arbi. non distinguemus. §. cuius quidem et extra de testi. in integrus. capitulo vltimo. Item si reus dilatorias proponere disposuit debet eas proponere infra tempus a iudice assignatum. extra de excep. pastoralis et de testi. p̄sentius l. l. de dolor cō. causam t. c. venerabilis. Item exceptiones omisse in primo iudicio possunt opponi in secundo cum variatur modus agendi. extra de spō. impu. ad dissoluendū vbi de hoc in gl. sic patet. Item exceptiones et iuste excusationes semper debent admitti quod tuncq̄ papa precise scribat extra de offi. dele. ex parte tua vbi de hoc et de rescrip. si quando et de preben. c. i. teneamur. Item licet quis perdat exceptionem quam non proponit infra tempus sibi a iudice constitutum potest tamen protestari quod velit eam alij proponere nominando eam expresse et sic proponet tempore suo extra de excep. pastoralis vbi de hoc. Item exceptio procuratoria pura cum quis non potest procurator esse sicut miles non potest cum sit dilatoria post litē conte. opponi. ff. eod. titi. filius. §. verum. et ead. titi. ita demum sed exceptio procuratoria si non habet

re mandatum etiam post litem conte.
 potest opponi. extra de rescript. ex par.
 te decani et hanc non debet omittere
 fideiussor. ff. man. inter causas. §. man.
 dato et talis exceptio potest post sentē
 tiam opponi. extra de procurat. in no.
 stra vbi de hoc. et. C. eo. ritu. licet.

**De exceptione excommuni
 cationis communis. 8**

Exceptio excommunicationis probari de
 bet. infra. viij. dies. die qua propo
 nitur non computata. que si probata
 non fuerit. iudex postea in causa proce
 det reum in expensis quas propter hoc
 auctorem fecisse constituerit. mo. pre. con.
 demnans et ultra duas vices hoc exce
 ptio non proponatur et qui excommu
 nicationem opponit speciem ipsius et
 nomen excommunicatois exprimere
 debet. extra de excep. quia vbi de hoc in
 nocent. **I**tem exceptio excommunicationis
 potest a reo etiam excommunicato con
 tra auctorem opponi quia defensio legit
 ma excommunicato plene in iudicio re
 seruatur. extra de excep. cum inter. vbi
 de hoc in glo. hoc manifeste. et. c. dilecti
 et. c. dilecte. **I**tem si reus excommu
 nicatum dicat auctorem. et actor volens
 elidere exceptionem huius excommu
 nicationem replicet contra eum non
 est audiendus actor. quia licet reus ex
 communicatus esset nichilominus se
 defendere potest. sed actor excommu
 nicatus agere minime valet. extra de ex
 ceptio. dilecti. et. c. cum inter. et de iud.
 exhibita vbi de hoc in glo. except. **I**tem
 exceptio excommunicationis retro facit
 iudicium nullum. extra de exceptio. ex.
Item si excipiens fundata intentio
 ne actoris non probat exceptionem su
 am eo ipso malitiose presumitur. exce
 pisse et puniri debet in expensis. extra
 de d. et contuma. finem litibus. vbi

de hoc in glo. nunquid circa medijs et
 de accusa. accedens vbi de hoc in glo. q.
 enim **I**tem exceptione proposita su
 per sedendum est principali donec pro
 berur exceptio in termino competenti.
 extra de iud. exhibitavbi de hoc in glo.
Item debet dari exceptiones in scri
 ptis extra de proba. quoniam contra
 vbi de hoc in glo. exceptio. **I**tem su
 per exceptione debet lis contestari et i
 rari a partibus de calum. ar. extra de
 offi. del. prudentiam. §. sextavbi de hoc
 in glo. ex loco isto. **I**tem exceptio ex
 communicationis proposita et proba
 ta coram iudice. facit hoc quod quis pro
 cessus prius habitus cum excommunica
 to valeat. tamen in sequentibus actor
 non debet audiri donec fuerit absol
 utus et si excommunicationis exceptio fue
 rit post sententiam coram iudice pro
 posita et probata solam executionem im
 pedir sententia. Sed sententia nichilominus
 robur obtinet firmitatis extra
 de except. pia innocē. **I**tem quando
 quis excipit propter hoc non intelligi
 tur confiteri. ff. de excep. vbi de hoc hab
 es extra de ordi. cogni. dilecti in glo. b.
 igitur qui excipit. **I**tem exceptio con
 tra personam testis obiecta ante senten
 tiam debet probari Sed que opponitur
 contra testem dicta vsq; ad plures an
 nos potest opponi. C. de falsis querel.
Item exceptio et prescriptio probare
 debet. qui eam opponit sed nulla debet
 a iudice recipi propter illam que proba
 ta releuaret excipientem extra de ex
 ceptiones exceptionem. et. c. dilecti et
 de proba. et litteris.

**Quis possit exci
 pere.**

Exceptio dat reo. republiario vero
 actori. et de excep. a nob. et. c. dilecti
 filius et de remi. sup hoc quibus tamen exage

potest actor. ff. de exceptionibus. l. ij. §. j. ¶ Item si exceptio non competit reo tunc actio datur actori quā al' non haberet. si reus excipere possit. ff. si serui. ven. l. j. §. vlt. et extra q' metus causa ad audientiam. et de iurcuran. debitor. et ff. de fideiussoribus ex parte. ¶ Item re' excipere potest contra actorem spoliatorum in causa criminali a quocūq' sit spoliatus. Secus tamen est in causa civili. extra de restitu. spoliato. frequens vbi de hoc. ¶ Item exceptio doli competit condemnato cum arbitri arbitratur per gratiam vel per sordes. C. de arbitri. arbitrium. et extra de arbitri. non sine ¶ Item exceptio doli restat cuius iura pars fuerit in culpa. ff. de doli. except. apud celsum. §. macerillus. ¶ Item exceptio rei iudicæ non obstat nisi de preteritis commissis. ff. de exceptio. rei iudicæ. si rem meam. et l. sequen. ¶ Item excipere non potest episcopus excommunicacionē contr' clericum qui eum accusat si ei primo comunicauit. quia secus debet habere clericos honestos extra de accusatio. nulli. et ar. extra de senten. ex. cōmuni. in presentia. vbi de hoc in glo. supra de exceptioni.

Quis sit effectus exceptionis.

Exceptionis effectus est. vt per dilatoriam differatur iudicium vel persona iudicis vel procuratoris euictur per pemptoriam actio priuatur vel agens intentio excludatur vt dictum est in principio. ¶ Item exceptio spoliandis repellit petentem restitu' ab agendo

extra de oz. cogni. capitulo vlti. vbi de hoc in glo. qui enim petit. ¶ Item non potest quis contra alios de pluralitate beneficiorum excipere. si plura beneficia ipse habet. extra de exceptioni. cum ecclesiastice vbi de hoc in gl. quando videtur. ¶ Item si elegit habentem pulra seu electus fuit ab habentibus plura beneficia et electioni consensit. extra de constitutio. cum accessissent. et de preben. pro illorum. et xvj. que. in. si sacerdos. in fine. ¶ Item exceptio criminis impedit promovendum. Sed tamen dedit iam promovendum. extra de accusa. super hñs. ¶ Item exceptio incidens competit reo ante lit. contesta. Exceptio vero emergens competit et emergit in lite de hoc habes extra de ordi. cogni. capi. j. in glo. Ber. et hoc.

De executione mera et mixta.

Executio mera dicitur quando p'ntibus presentibus ab aliquo cognitum est de causa et ille mādatur aliquo p'ntentiam suam exequatur ab aliquo iudice. C. de execu. rei iudicæ. exco. et talis executor non debet audire exceptiones cum non sibi cognitio. Sed executio tñi mandetur. extra de of. de. lega. pasto. §. quia vero et de re iudicæ. de cetero. ¶ Item executor mērus si sciat sententiam latam esse iniustam. i. contra ius litigatoris latam debet illam simpliciter executioni mādare cum super hoc nullas habeat cognitionē. Sed executioni tñi vt in predicto. §. verum. Sed si sciat illam sententiam nullam esse. quia lata est auctoritate falsarii literarum vel per falsa instrumenta. extra de falsariis sup vel per volum aduersarij et ista obijciatur corā eo supersedere debet executioni dummodo maliciose

Summa monaldi

seu calumniose huiusmodi non proponant vel referant negocium superiorum, extra de re iudi. de cetero et de off. dele. si qua do. 2. C. si ex fal. instrumen. iudica. 2. §. de iudi. si precor. ver. marcellus. Unde si talis executor esset ordinarius et executoribus deputatus debet admittere talem exceptionem, ut dicitur. l. si precor. §. marcellus. ¶ Item executor non potest alii committere, vices suas, quia in talibus que non in cognitione sed in ministerio solo consistunt industria persone videtur electa et ideo ab ea recedendum non est extra de offi. deleg. cap. vlti. in fine. 2. C. de cadu. toll. l. vna §. ne autem. Similiter appellari ab eo non potest nisi partes iudicis assumat C. de execu. rei iudi. si vt proponis vel nisi ei excommunicatio obiciatur. rj. quest. iij. cum excommunicato vel nisi super eode quo agitur facta fuit innovatio de reb. iudic. leg. iij. §. si exconuen. vel nisi exequendo tempus quadrimestre preueniat executor. C. de execu. rei iudi. l. e. si quis prouocatione vel nisi executor male interpretetur sententiam. ff. de appellatio. l. ab executoribus nisi obiciatur exceptio per quas comprehendatur iudicium retro nullum fuisse et eam non admittat exceptionem extra de procura. in nostra 2. C. de procura. licet a mero executore non appellatur nisi excedat modum executionis et fines mandati. C. quorum. ap. non recit. ab executore. et extra de offi. dele. super questionum. §. verum. 2. §. sequenti. et de re iudica. q. ad consultationem in 2. h. quest. vi. §. sunt etiam quorum. v. ab executore. Sed talis non dicitur proprie executor. Sed auditor. extra de off. dele. super questionum. §. verum. 2. §. sequenti. ¶ Item merus executor non habet coercionem ecclesiasticam sicut subdelegatus. extra de offi. dele. ex litteris et c. pastoralis circa prin. et de re

iudi. cum bertoldus. ver. alioquin. ¶ Item modum inrequendo dicitur excedere executor cum fines mandati excedit scilicet cum aliter exequitur q. debet vel tamen inrequendo iniuria infert. C. de appellatio. l. si quis prouocatione in talibus appellari potest ab eo et etiam recusari potest si merito sit suspectus. extra de offi. dele. super questionum. §. porro nisi dum partibus detur vel recipiatur assensu. extra de offi. dele. super questionum. §. nos asti.

De merto executore.

Executor mirtus dicitur qui habet cognitionem cause annexam vt cum papa mandat alicui restitui rem meam vel dari beneficium. et talis debet recipere legitimas exceptiones quas documq. scribatur sibi absolute a papa. extra de offi. dele. ex parte et de rescriptis si quando 2. c. cum. a deo et de era. 2. qua accepimus. 2. rrv. quest. h. §. si non cognitio. ¶ Item a merto, executor bene appellatur si non admittat legitimas exceptiones vel alias partes aggruat extra de appella. dilecto. 2. c. vt debitus de istis exceptionibus habes extra de offi. lega. pastor. §. quia vero in glo. ad intelligentiam. ¶ Item quis executor iurisdictionem habeat delegatam non tamen habet omnia que ex iurisdictione delegata procedunt vt iudicis dandi potestatem vt extra de offi. del. cap. vlti. et etiam quedam alia.

¶ Item que sit mera executio et que mixta ex forma commissionis colligi potest. nam si dicitur ibi si est ita. vel si veritati imitantur premissa. et similia per hoc intelligo mixtam executionem dari. Si vero sine his et cum similibus verbis executio alicui vec factus aliquod committatur executio est mera extra de offi. del. cap. vlti. et de appella. nota. Sof.

De expensis

Expensis recipi possunt a iudice. ff. de offi. p. res. l. plebicista quoniam am expensa moderata non sunt lucra ff. de offi. pro consul. solent. §. vlti. et eo tantum ar. extra de vita. et honesta de ri. cum ab omni in glo. ber. legari est.

De exemplis.

Expensa presentia nos cauere p. moment infutur. lxxxiij. distin. plurimus infine. **I**tem exemplo rei cōponitur totis o. bis. xi. quest. iij. p. c. pue.

De nimia expressione.

Expressa nimis nocent non autes exprimere multus quandoque iuuat. extra de procura. consulti. vbi de hoc in glo. expressa. ff. de regu. iuris expressa. **I**tem nimia examinatio vel indagatio est quandoque vitanda extra de purga. cano. constitutus vbi de hoc in glo. nimia.

Quod expense repeti possunt.

Expense necessarie et moderate repeti possunt. Secus tamen si sunt superflue et delicate. ff. de pig. actio. si seruos in fi. et extra de foro compe. dilectus vbi de hoc in glo. expresse et de elec. preterite et de dolo et contu. cum dilecti. **I**tem expense iuste sunt deducende in omni casu. etiam in decimis. extra de decimis. pastor. vbi de hoc in glo. hec est ratio. et cum homines et c. tua nobis et de iureiuran. ad nostram. **I**tem aliud sunt expense q̄ dampni vel interesse. aliud est dampni q̄ pena. unde iuramentum super vno factu nō extenditur ad illud. cum sint diuersa. extra de iureiuran. an nostra vbi de hoc. in glo. non ergo. **I**tem expense dicuntur necessarie sine quibus negocius expediti non potest. ff. de impensis in rebus dota factis. l. i. §. et. iij. et. iij. et sufficit si credit expedire. licet non expediat. ff. de bonis. auct. iudi. pos. l. p. eto. §. h.

Item necessarie sunt sine quibus de terior sit res. §. de impensis in re. do. fac. l. impense. et. l. q. **I**tem expensas petere potest prelatus quas vtiliter expendit de mandato capituli pro negociis ecclesie sue. siue negotio succumbat siue nō. xi. quest. iij. quicumque et extra de fideius. q̄ quibusdam et de deposito. ca. ij. Secus tamen si egit sine mandato et succubuit. §. de iud. sol. l. iam cum. §. in hac. **I**tem si aliter fuisset iturus ad curiam non posset petere expensas pro aliquo negotio successu pro nisi quatenus plus expendisset ratione negocii promouendi propter longiorem moram. ff. famul. heres. l. e. ex parte in prin. distingue tamen quia si egit cō mandato siue obriuit siue succumbat potest petere expensas. C. mā. l. etiam. Si vero sine mandato egit et succubuit non potest petere expensas ff. ad in. sol. l. vna. tamen. §. in hac etiam si tales expense non excedant probabilem modum. ff. de dam. infecro. l. inter quod. §. vlti. et extra de eo qui mit. i. pos. causa rei seruande cum venissent. Sed taxatio iudicis moderabitur eas iurante parte se expēdisse quod iudex taxauerit. extra de procura. constituti. et c. cum pro causa vbi de hoc. Sof.

Item recipi possunt a prelato expense quas pro electione et petenda confirmatione et similibus negociis ecclesie capitulum facit extra de elec. vt preterite et cap. cum pro causa et. xi. quest. ij. can. tate in fine. **I**tem expense que fiunt propter contumaciam aduersarij. scilicet per et statim prestari debent. extra de dolo. et contu. finem litibus vbi de hoc in glo. ber. sed in quid et c. dilecti. **I**tem expense restituende probantur per iuramentum illius qui eas p. missa facit tamen iudicis taxatione. C. de iudei sancimus. et extra de fo. compe dilectus vbi de hoc in glo. expense

Summamonal di.

dicuntur quas quis fecit circa sumptus
litis cundo et redeundo vel expendendu
do pecuniam suam. Similiter quas
facit circa aduocatos. C. de iudi. l. san
ctinus et extra vt litenon cont. quonia
§. in alhs.

De fama quid sit et vnde
dicatur.



Fama est illese di
gnitatis status vi
ta et morib' com
probatus et qui ta
lem famam negli
git crudelis. est. vj.
quest. ij. nolo et si
militer malam fa
mam nō faciunt

dicta paucorum quia ad hoc vt prela
tus inquirat debet esse fama per vil
laz. vel per parrochia vnde maior pars
vicinie debet ee. qz fama loci reqrit vbi
fama aliquid. ar. et de accu. in qstiois in
fi. vbi d' hoc gl. Nota qd si sanguis
sup co. vbi de hoc in glo. nota qd **F**ama
quandoqz oritur ex conscia qua
doqz a suspitide quandoqz a certo: qua
doqz ab incerto actore de con. dist. iij.
sanctum est. de hoc habes. extra de co
habita. cleri. et muli. nostra in glo. ver.
ad intelligentiam vnde cumqz igitur p
cedat fama postqz lese sunt conscientie
discretorum et scandalum oritur in
de indicenda est purgatio infamato. ex
tra de purga. ca. accedens et de accusa.
qualiter et quando vbi de hoc in glosa.
ij. quest. iij. in cunctis. Sed si probetur
qz sit ab inimicis vel a malivolis extra
propter hoc non est indicenda purga
tio vel inquisitio facienda extra. d' pur
ga. cap. cu in iuuentute et de accu. quali
ter et quando vbi de hoc in glo. ij. quest.
iij. **F**ama nec propter solam famam
indicenda est purgatio nisi scandaluz.

oriatur ar. ij. questio. iij. presbyter. et c.
si mala fama et extra de cohabi. cleri. et
mul. tua nos vbi de hoc. in glo. et hoc
videtur.

Centrum fama per se probet.

Fama per se non pbat. iij. questi.
iij. §. sepe tamen cum alijs psum
ptionibus facit plenam probationem
ita qd que non profunt singula multa
iuuant. ar. extra de presump. illud vbi
de hoc in glo. nota qd et c. litteris et cap.
tertio. **I**tem fama et suspitio quan
doqz oritur contra aliquem in societa
te quandoqz ex societate. vnde qui ex ni
mia familiaritate mulieris est infama
tus purgare se debet. maxime si moni
tus fuit a prelato ne cum ipsa loquere
tur. ar. C. ad legem iuli. de adul. l. quis
in autem. ibi signa. Si quis ibi dicitur
qd si quis. habet aliquem suspectus de
vrose et denunciavit sibi ter. ne cum ip
sa loquatur et postea inuenerit euz cu
ipsa loquentem in domo potest ipsum
occidere sine pena. et ita videtur qd post
qua prelatus ter monuit subditum su
um vt a familiaritate alicuius mulie
ris cessaret. et subditus contrarium fa
ceret qd eo ipso potest procedere ad pu
nitionem eius prelatus **I**tem fama
est id qd dicitur occultum siue priuatū
impedimentum. quia per solam fama
vel probatur nisi aliter constet. extra
de cohabi. cleri. et mu. et tua et de despō
satio. impube. cum in tua vbi de hoc in
glo. et sic fama. **I**tem fama probari
potest extra de testi. cum in litteris et c.
causam primo. Si probasti aliquē esse
malē fame et ipse potest probare se esse
bone fame iudex de plano sine strepi
tu iudicij. l. summarie inquirere debet
de fama. ar. et de spon. cum in tua. vbi
de hīs in glo. diuersis ergo fama et in
alia glo. nota. hic qd. **I**tem fama in
causa aulli cum alijs amminiculis sus

scit et probat cum vno teste. extra de testi. p. tereaybi de hoc in glo. q. forsitā et de ap. cap. j. et de proba. alias causas quoniam in ius. questio. iij. §. ites sepe. sine publicis secus tamen si criminaliter agitur in causa criminali quia tūc non sufficit fama cum vno teste quia in crimine esse debent apertissime probationes. argumen. extra de testi. veniens. j. vbi de hoc. in glo. ver. Sed cum crimen. et C. de proba. l. vlti. epiphaniū

Item si fama est aliquis excommunicatū esse. virandum est. extra. de sen. excommu. cum desideres. §. secūde vbi de hoc in glo. nota q. Item fama impedit matrimoniu. contrahendus Sed non dirimat iam contractum. extra de consan. super eovbi de hoc i glo. nota q.

De facilitate venie.

Facilitas venie incentiuum tribuit delinquendi. xxiij. quest. iij. est iniusta in fine et extra de vita. et ho. cleri. vt clericorum. Item facilius inuenitur q. apluribus et maxime sapientibus queritur. et. distin. de quibus.

De eo quod fit contra leges.

Acere contra leges pro nō facere haberi debet. ff. di. video.

Item factum non dicitur q. non fit legitime. Sed ex timore seruili tantum. extra de ver. signi. qui ex timore vbi de hoc. et xxiij. quest. j. pudenda Item factum non dicitur q. nō durat. j. quest. j. constat. et extra de regula. et transac. ad reli. ad nostram vbi d. hoc

Item factum non dicitur vbi aliqd superest ad agendū. C. ad sil. aum sil. in fine. et vj. quest. j. nihil. Item per se ipsum facere videtur qui per alium facit. ff. de adm. tu. §. gessisse. Item considerandum est quid fieri debeat

et non quod fit. extra de elec. cum. cau. sam in prin.

De falsitate.

Nunc agendum est de falsitate qd fit. quis dicatur falsarius quādo littere dicantur falsae et qualiter falsarius puniatur.

Quid sit falsitas et vnde dicatur.

